Κομμωτικὴ, ἡ, vocantur à medicis pigmenta & fuci quibus mulieres lenocinantur ſuæ formæ, vt vitia celent artificio ſimulatis: quæ verè ſunt lenocinia atque mangonia. Κοσμητικὴ verò, honeſtamenta ſunt quibus non fucatus & aſcititius ſplendor conciliatur, ſed inſitus naturaliſque formæ nitor conſeruatur vel inſtauratur. Hinc patet quàm κοσμητικὴ τέχνη, quæ pars eſt medicinæ, latè differat ἀπὸ τῆς κομμωτικῆς, quæ fraudis eſt meretriciæ. Crito & Cleopatra libros ſuos Κοσμητικὰ inſcripſerunt. Galenus libro primo, [illegible], & c. turpe enim capillorum, ſuperciliorum, ciliorúmve defluuium: hoc dehoneſtamentum & impedit, & reparat ἡ κοσμητικὴ, non tantùm formæ curioſa, quàm ſanitatis partium quibus ad id & pilis neceſſe eſt. [illegible], vt idem ait Galenus, [illegible]. Ipſarum tamen artium communione, [illegible] præſcribere coguntur medici principum iuſſu. De qua ita rectè Plato in Gorgia, [illegible]. Hinc μεταφορικῶς comptum dicendi genus, κομμωτικὸν appellatur. Hermogenes, [illegible]. Sed hæc omnia mihi videntur prauè ſcribi, per μ cōgeminatum: fiunt enim [illegible], vnde & κόμμα. Et Οἱ [illegible], apud Pollucem Κομμωταὶ quos & [illegible] vocabant, quia [illegible]: & Κομμώτριαι αἱ γυναῖκες quas Latini ornatrices vocant. Tranquil. in Claudio, Hæc matris meæ liberta & ornatrix fuit. talis fuit & illa Cypaſſis Ouidiana edocta comam dominæ arte atque lege fingere, & compoſitam in ſtatione ponere. Κομμώματα dixit Lucianus, τὰ [illegible], cultum muliebrem vt Plinius, vel crinalem cultum, quomodo loquutus eſt Claudianus: & virginales comptus poſuit Lucretius.

Κομμωτικὴ, ars fucandi & lenocinij aptandi, de qua Plat. in Gorg.

Κομμωτικῶς, comptè, Hermog.

Κομμώτρια, ας, ἡ, [illegible], comptrix, Pli. 2. de Rep. [illegible].

Κομμωτρίδιον, ου, τὸ, apud Poll. ex Theſmoph. Ariſtoph. videtur accipi pro calamiſtro, i. acu maiore quæ calefacta, & adhibita fronti, intorquet capillos.

Κομμώτριον, ου, τὸ, inſtrumentum muliebre.

Κομοτροφεῖν, comam nutrire, de Gallia comata dixit. Strabo. Diodorus lib. 1. [illegible]. Flaccus, ſeruato colla capillo Quem pater Aonias reducem tondebit ad aras.

Κόμπα, apud Poëtas. idem quod κόμπος quum neutraliter ponitur, Oppian. lib. 3. de venat.

Κομπάζω, σω, κα, magnificè iacto, glorior, tumidè & cum faſtu efferor, καυχῶμαι. Accuſ. Neut. Abſolut. Sophocl. in Aiace, [illegible], magnopere tibi placeres. vnde [illegible], raucum ſonum edidit, in Epigr. [illegible], temerè iactatus.

Κομπασμὸς, & Κόμπασμα, τος, ὁ, iactantia, oſtentatio, Ariſtoph.

Κομπαστὴς, [illegible], iactator, mendax. Idem.

Κομπαστικῶς, iactabundè.

Κομπέω, ῶ, ήσω, ηκα, reſono, ſuperbio, ἀλαζονεύω, μεγαλοφρονοῦμαι, [illegible]. Neut. Abſolut. Ianus Laſcar. [illegible], ſuperbite fremitibus & faſtu. Soph. in Aiace, cum Accuſ. [illegible], tantum verbū ſuperbè iactabat, i. [illegible]. Eurip.

Κομπηρὸς, ὰ, ὸν, ſuperbus.

Κομπολακέω, futilia glorior, [illegible], Inter. Ariſtoph. in Ranis.

Κομπολακύθης, vel κομπολάκυθος, ex κόμπος & λήκυθος, qui inanes bullas proiicit, tumidus, ac ſui iactans.

Κομπορρήμων, iactabundus.

Κόμπος, ου, ὁ, ſtridor, ſonus, iactantia, faſtus, ἀλαζονεία, [illegible], Sophoc. in Aiace, κόμπος [illegible], faſtus adeſt. Euripid. in Rheſo, [illegible], id eſt, ſonitus. & lib. 7. Epigr. [illegible], faſtum ſuperbiæ. [illegible], Nazan. pompis & ſolennitatibus Græcorum. [illegible].

Κομπὸς, οῦ, ὁ, ſuperbus, inſolens: oxytonum Cyrillo.

Κομπολογοῦμαι, iactanter aliquid dico. Thucydid. libro 6. [illegible].

πανοῦργοι, i. δεινοὺς λέγοντας.

Κομποφακελοῤῥήμων, grauibus & duris verbis vtens. nam φάκελοι grandes ſunt lignorum faſces, Ariſtoph. in Ran.

Κομπώδης, εος, ὁ & ἡ, ſuperbus in verbis. τὸ κομπῶδες, iactantia. κομπωδέστερος, iactantiuſculus, Valla.

Κομπωδῶς, magnificè.

Κομψεία, ας, ἡ, feſtiuitas, lepor, argutia, πιθανολογία, ἀλαζονεία, ἐλαφρία, ἀστειότης, Interp. Ariſtoph. in Auibus.

Κόμψευμα, ſcitamentum, ſpecioſus ſermo, Lucian.

Κομψεύομαι, μ. εύσομαι, π. ευμαι, ſcitè & vrbanè cauillor, Plato libro quarto de Republic. Themiſtocl. pro eleganter fingere. οἱ πλέονες δ' ἔτι μᾶλλον κομψεύονται ἐν τοῖς ἔργοις, i. elegantius aſſingunt & ſolertius: adulor, veneror, Depon. Abſol.

Κομψευριπιδικῶς, verſutè. Ariſtophan. ἰωπολέων, Εἶτ' εἶμ' αὖ αὐτὸ δόξα κομψευριπιδικῶς. ἀντὶ τοῦ Εὐριπιδικῶς, καὶ δεινῶς ἤδη πανούργως. Nam κομψοὶ apud veteres dicebantur aſtuti & vafri, ſignificat igitur περιεργαζόμενοι καὶ λεληθότως καὶ μὴ φανερῶς.

Κομψεύω, μ. εύσω, π. ευκα, iocor, venuſtè dico vel ſeuerè, ἀστεΐζω, Neut. Abſol.

Κομψευριπικὴ μοῦσα, dicitur ab Ariſtoph. νεφ. muſa, feſtiua, lepida, compta, ſcita, venuſta.

Κομψὸς, οῦ, ὁ, ſcitus, elegans, induſtrius, facundus, fictus, ſubornatus, verſutus. Plato ſecundo de Republic. κομψὸν γὰρ φαίνεται αὐτὸ τὸ φύσει, ipſius naturæ affectus videtur ingenuus. Ariſtophan. νεφ. ἔσῃ κομψὸς ἐν συνουσίᾳ, id eſt, ἀστεῖος, πιθανὸς, εὔχαρις, feſtiuum eſſe in congreſſu. Idem in Auibus, μὰ ἐγὼ νόμον κομψότερος ὁ ἄνθρωπος. Interp. κομψὸς, ἐντρεχὴς, ἀστεῖος, πανοῦργος, ἀπατητικὸς, πιθανὸς, τεχνικὸς. τρίβων γὰρ εἶ τὰ κομψά, i. tu es aſtutiis exercitatus, Eurip.

Κομψότερος, α, ὁ, naſutior. βελτιώτερος, ἱλαρώτερος.

Κομψότης, ητος, ἡ, lepor, feſtiuitas, vrbanitas, elegantia, venuſtas, ſubtilitas, argutia, Plat. epiſt. 10.

Κόμψως vel κομψῶς, ſcitè, pulchrè, lepidè, Xen. pro bellè: vt apud Ioan. c. 4. κομψότερον ἔσχε, melius habuit.

Κομῶ, nauo operam, curo, ἐπιμελοῦμαι, curam adhibeo.

Κομωτὴ & κομώτρια. vide κομμωτικὴ.

Κομώτρια, ας, ἡ, perita nutriendorum capillorum.

Κοναβέω, μ. ήσω, π. ηκα, &

Κοναβίζω, μ. ίσω, π. ικα, reſono, ſtrepo, ἠχῶ. Neutr. Abſol. Homerus Iliados β, σμερδαλέον κονάβησαν. Ibidem, σμερδαλέον κονάβιζε.

Κοναβηδὸν, aduerb. in Epig.

Κόναβος, ου, ὁ, ſtrepitus, plauſus, ἦχος, α. breui. ψόφος κρότος.

Κοναρὸς, pinguis, efficax, ἀκμαῖος, ὁ ἀκμαῖος.

Κόνδαι, Gratiæ: vnde ἄκονδος quod vide

Κονδῖτον, in Epigrammat. Laſcar. retulit eſſe vinum in dolio, quod dolium eſt in alio ampliori dolio pleno aqua, & illic codito.

Κόνδοι, ἀστράγαλοι, Heſych.

Κονδρίλλη, ης, ἡ, condrilla herba cichorio ſimilis, ob idque & κιχώριον & σέρις, quidam vocarunt. apud Galen. & Paul. χονδρίλλη, ſcriptum apud Dioſcorid. libro ſecundo, capite 161. κονδρίλλη apud Plinium lib. & cap. 22. Condrillon ſiue condrille: & alibi condrylia.

Κόνδυ, poculi genus, Athen. l. 11. ποτήριον ἀσιατικὸν eſſe ait κοτύλας χωροῦν δέκα. Heſych. κοῦδυ vocat.

Κονδύλη, ης, ἡ, tuber, vibex, ἢ πληγῆς οἴδημα, Interp. Ariſtophan. i. Acharn. σμῶδιξ, Hom. σμώδιξ.

Κονδύλιον, operculum, ſiue teſta conchylij, quod & ὄνυξ appellatur, Paul. Ægin. p. κογχ.

Κόνδυλος, ου, ὁ, tuberculum, ſiue id quod extat, articulus, ſiue nodus digitorum, digitorum prominentia. Martial. complicatis in condylos digitis vulnerabat. Sic Ariſtoteles libro primo Animal. τὰ τῶν δακτύλων καμπτόμενα κονδύλους vocari, τὰ δ' ἀκαμπτα φάλαγγας, id eſt, vbi contrahuntur, κονδύλους nominari: vbi verò directi ſunt, φάλαγγας: vnde & plagæ nomen ductum pro pugno, videlicet *vn coup de poing* ſeu digiti inflexi percuſſio: quæ cùm vngue fit conuerſo, à Suetonio talitrum dicitur. κονδύλοις καθαίρειν, alapis cædi, Demoſthen. κονδύλους ἐντρῖψαι, Lucian. colaphos ducere, vel incutere. Plutarchus in Catone, τῷ μὲν τοι παιδαγωγῷ, ὃ χαρίεις πιθανὸς ὄνομα, δὲ ἦν, καὶ πειθανῶς τὸ ἀστεῖον, ἐρρέθη δὲ τὴν αἰτίαν ἐρωτηθεὶς, τὸ δὲ οὐ συνεθίζεσθαι. καὶ γὰρ ἦν χαρίεις ὁ παιδαγωγὸς αὐτῷ, καὶ λόγον ἔχων τοῦ κονδύλου προχειρότερον, ὄνομα Σαρπηδών, cui erat pugno & verberibus expeditior ac promptior ratio. Apſyrtus de equi ſcapulis lætis loquens, ὁ κόνδυλος, inquit, ἐν λαγόσι γονυρεῖ. Et Pollux, ἔστι δὲ καὶ τὸ πρὸς τῷ ἀγκῶνι αὐτὸ ἔξω (nam & Galen. Commentar. 1. περὶ ἀγμῶν Hippocrat. τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος καὶ κόνδυλον quoſdam vocare tradit) καὶ τὸ πρὸς τῷ ἀγκῶνι, κερκίδος καλοῦσι. δὲ, εἰσιν. ὁ κόνδυλος. Idem alibi, τὰ δὲ ἐπὶ τοῖς μετακαρπίοις πρὸς τῶν κονδύλων, μετακονδύλια. Ruffus medicus de partib. hominis, κονδύλους vocat τὰς καμπὰς τῶν δακτύλων, id eſt, digitorum curuaturas quarum primæ προκονδύλοι, vltimæ μετακόνδυλοι. alibi dicit digitorum medios nodos & articulos κονδύλους nominari. hinc κονδυλίζειν, pugnum facere, Cicer. item pugnis cædere atque pugnos ingerere, Terentio, vt Athen. libro nono ſcribit, ὁ δὲ τῷ χειρὶ κεφαλῇ παῖσας, ὅσον ἐστὶ κατὰ χεῖρα Ἡρακλέους ὄνυξ, ὡς ἀπεκτόνει ὁ Ἡρακλῆς κονδύλῳ: Sicut & Cæſarem ſcripſit Suetonius etiam ſiniſtræ manus articulos tam firmos habuiſſe, vt caput pueri vel etiam adoleſcentis talitro vulneraret. Σκανθαρίζειν autem dixit Pollux libro nono, naſum talitro ferire, vulgo *nazarder*, id eſt, τὴν ῥῖνα τῆς χειρὸς δακτύλῳ ὑπὸ τοῦ μεγάλου ἀφιέντα τὴν ῥῖνα παίειν. Eſt & apud Suidam, Ὁ δὲ Ἡρακλῆς παῖδα ὄντα τινα οἰνοχοοῦντα ὁ κατανοήσας, κονδύλοις ἀπέκτεινεν, id eſt, κονδύλοις πλήξας. Ariſtophan. Ἢν ὁ παῖς οἶνον αἰτῇ, κονδύλους αὐτῷ δίδου, ſi puer vinum petierit, pugnos ipſi ingere: quod dictũ ὑπὲρ τοῦ ἐθίζειν δεῖ παῖδας μηδὲν αἰτεῖν. Et Interp. in Veſp. ait, ἀγανακτοῦντας, κονδύλους αὐτοῖς δίδωσι. Sic & nos dicimus *donner vn coup de poing*. ἀπὸ τοῦ Κονδύλου fit Κονδυλώδης. Dioſc. lib. primo de Galla loquens, ἡ μέν τις ὀμφακῖτις καλεῖται μικρὰ καὶ κονδυλώδης, Ruellius: tuberoſa: Cornarius nodoſa, adnotátque τῷ κονδύλῳ voce, nodos & calloſas concretiones in digitis manuum, ac pedum, in ſede item ac vuluæ coactas, quæ etiam κονδυλώματα appellari. ſuſpicatur tamen legendum eſſe κονδυλώδης ἀπὸ τοῦ κόνδυ: in quo ego amplio.

Κονδυλίζω, pugno. verbero, vel nodo digiti. Socrat. inter loquendum agente id orationis vehementia ſæpe ſolebat κονδυλίζεσθαι, Laert. libro ſecundo, vbi interpr. non bene vertit iactare digitos. Hyperides actiuè dixit κονδυλίζειν, τὸ δὲ παθεῖν, κονδυλίζεσθαι apud Poll. vide κόνδυλος.

Κονδυλοῦσθαι, intumeſcere.

Κονδυλώδης, tuberoſus, præ ſe ferens formam in digitis articulorum, nodoſus. vide κόνδυλος.

Κονδύλωμα, excreſcentia carnis circa anum (vt placet Polluci, περὶ τὴν ἕδραν τὸ ἐκ τοῦ δακτυλίου ἐξίσχον οἴδημα), & tubercula quædam in locis muliebribus ſanguinem fundentia: ſic dicta à ſimilitudine extremorum in quatuor digitis pugno clauſo nodorũ. Author. definition. apud Galenum Κονδύλωμα, inquit, ἐστὶ δακτυλίου συστροφὴ ἐπανεστηκυῖα μετὰ φλεγμονῆς. Aetius libro quarto Sermon. 4. cap. 106. Condyloma ait eſſe rugoſam eminentiam. Rugas enim circa os vteri exiſtentes, dum inflammantur, attolli & indurari, tumorémque ac craſſitudinem quandam in locis efficere, præcipuè dum menſes prodeunt, & poſt partus attolli: tactúque facilè iudicari. Celſus de carcinomate loquens lib. quinto, capite vigeſimooctauo. Interdum, inquit, ſimile is eſt, quæ vocant Græci κονδυλώματα, aſpredine quadã & magnitudine ſua. Idem libro ſeptimo, capite 30. At tubercula, quæ condylomata appellantur, vbi induruerunt, hac ratione curantur: &c. In Hippiatria, τὰ φαγέδαινα λεγόμενα τὰ κονδυλώματα καὶ τὰ περὶ τοὺς ὄνυχας. vnde ait Apſyrtus, ἕστηκε δὲ ὁ ἵππος μεμφόμενος, ἀμφὶ πόδας. Alibi verò Hierocles dixit, Κονδύλου τὸ πάθος οἰδήματος χρόνιον ἐστι. συμβαίνει δὲ μάλιστα ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις περὶ τὸ ἧπαρ, ὁ καλοῦσι κύστεις. ἔτι δὲ παρὰ ὑπόσαρκα σκληρά. Sed legendum vt alibi, ἐν τοῖς ὤμοις καὶ τοῖς περὶ τραχήλου τυλώσει κονδυλώματα, id eſt, durities, calli & nodi. & poſtea, συμβαίνει ἐν τοῖς περὶ μάλιστα τοῖς ὑποχονδρίοις ὑπὸ τὴν ἴασιν τῆς ἰσχάδος, ὡς περὶ τὸν σφαίρων ἀρμάτων ὅπου τὸ χωρὶς ᾖ κονδυλώματα, σκληρά, καὶ πωρώματα. vbi multa verba eandem rem exprimunt, τὰ σκληρὰ καὶ τυλώματα, ἔτρωσεν τῆς συνηθείας ἐπιπέδου σκληρά.

Κονέω, μ. ήσω, π. ηκα, feſtino, propero, curro. Heſych. item operor, ἐγκονέω. vnde γένοιτο κάνω τι ὅτε: ὀξὺ τὸ ἐνεργεῖν δι' αὐτὸ, inquit Interpr. Apollon. Κονεῖν etiam eſt corrumpere, φθείρειν: & extenuare, λεπτύνειν: vnde διακονέω eſt item miniſtro, famulor.

Κόνη, ης, ἡ, cædes. Heſychio enim κόναι ſunt φόνοι, forſan à καίνω.

Κονεὸς, miniſter.

Κονθυλαὶ, αἱ, extuberationes, ἐπάρσεις, Heſyc.

Κονία, ας, ἡ, calx, cinis, puluis, κονιορτὸς, & τὸ κόνιον, lixiuium: κονία ſeu κονίη 2. ſyllabam nunc producit, Homerus Iliados β, ὑπὸ δὲ κονίη ὄρνυτ' ἀεσσομένων: nunc corripit: ibidem, πρηνέες ἐν κονίῃσιν ὀδὰξ λαζοίατο γαῖαν, id eſt, ἐν τῇ γῇ. Heſiodus, ἀμφὶ δὲ κονίη χαμαὶ πίπτει. Item, κονία, opus tectorium, interdum certamen, μάχεσθαι κονίζειν, id eſt, certare, ſiue ſe comparare ad pugnandum. Et κονία, lixiuium, id eſt, Polluci τὸ ἐκ τέφρας καθεψόμενον ὑγρὸν. quod in τῇ πλυντικῇ & ῥυπτικῇ eſſe ſtatuit. Κονία στακτὴ, quæ & κονίας στακτὸν, & ſimpliciter στακτὴ, eſt lixiuia, ſiue lixiuium liquidum, vt apud Galenum libro ſeptimo κατὰ τόπους, & apud Aetium ſerm. 12. At verò id lixiuium in quo calx additur cum cinere quolibet, peculiariter στακτὴ κονία dicitur vt Paulus libro ſeptimo tradit. στακτὴ etiam διυλισμένη appellatur, id eſt, lixiuium excolatum. Quin & κονία στακτὴ τῶν σαπωνοποιῶν, lixiuium eſt liquidum coactiliariorum. Galenus ſexto Methodi: μάλιστα τῇ ἀφεψήματι ὀνομαζομένη ἔχουσα ταύτης κονίας στακτῆς, ἰσχυρῶς ἐκ γεννήσεως τοῦ σάπωνος σκευασίας. Et apud Dioſcoridem libro ſexto de lacte, σαπωνοποιικὴν κονίαν lego: non σαπωνοποιικήν. Galenus id libro decimo, κατὰ τόπους, ὕδωρ σαπωνοποιικὸν vocat. Et libro ſexto, κατὰ γένη. Ab Aetio libro duodecimo, c. quadrageſimoſecũdo, στακτὴ τῶν σαπωνοποιῶν, δριμύτατη κονία, Pau-

lus libro tertio, capite quinquageſimo ſecundo, id eſt, τίτανος ἀκατάσβεστος & ἄσβεστος ſimpliciter, calx inextincta, ſed vt κονίαν τεφρώδη dicunt Græci, ſic Latini pulueris lixiuium, Columella l. duodecimo, capite vigeſimoſecundo, Plinius libro decimoquarto, capite vigeſimo, libro decimoquinto, capite decimoſeptimo, & libro vigeſimooctauo, capite decimooctauo. Idem Plinius ſimpliciter Cinerem dixit pro cineris lixiuia, libro vigeſimotertio, capite ſeptimo. Ex Dioſcoride libro primo de lixiuio ficulneo. Et libro trigeſimoſexto, capite vigeſimoſeptimo. Idem Plinius ex Varronis verbis, lix cinis eſt, inquit, foci, inde enim cinis luxatis potus medetur. vbi cinerem foci, qui lix appellatur pro κονίας τεφρῶς, & liquida lixiuia poſuit. Marcel. Empiric. capite decimo, lixiuium vnde operantur coactiliarij, id eſt, κονία τῶν πιλοποιῶν. vide Πιλοποιός. Eſt & κονία βαλανευτική, lixiuium balneorum, apud Conſtantinum Geop. libro decimo. ca. 27. ſtacταγμένη κονία. Paul. lib. 6. cap. 9. Lixiuium ex ſapone liquato quo tonſores vtuntur.

Κονίαμα, τὸ, albarium opus, tectorium, ἡ κονία ᾗ ἐπιχρίεται. ſunt verò tectoria quaſi illinimenta parietum & velut coria, & incruſtatio, quæ aut calce pura fiunt, & albarium opus vocatur à Vitruuio, aut gypſo, & gypſatum dici queat, aut calce & arena, & dicitur arenatum: aut marmorato tectorio etiam loricantur & obducuntur parietes, quod marmoratũ Varro nuncupauit, Theophraſtus de cauſis plantar. libro quarto, capite vltimo. καὶ τὸ κονίαμα, ὅταν ἀναξηρανθῇ, παρεῖ τὴν θερμότητα. Ibidem κονιατὸν καὶ ἀκονίατον οἴκημα poſuit. vide Κονιορτός. Hinc Κονιᾶται dicuntur qui opere tectorio inducunt, id eſt, οἱ τοὺς τοίχους ἀλείφοντες, quos tectores dixit Varro, Theodoſius & Valentinianus AA. Cod. libro decimo, de excuſat. artific. vocarũt albinos ſiue potius albarios. Κονιατής, albatus Varroni, quaſi albatio, τὸ κονίαμα ἐπιχρίοντες Heſych. vel potius ἐπιχρίοντες, albarium, tector. uni, ἀσβεστωτής etiam ab ipſo dicta.

Κονιατής, οῦ, ὁ, Suid. ſcribit κονιάτας. vide Κονίαμα.

Κονιατὸς, ή, όν, calce illitus, calce læuigatus. ἐν τοῖς κονιατοῖς οἰκήμασι, in domicilijs opere tectorio læuigatis, Theophr. l. 4. de cauſ. plan. cap. vl. vide Κονιορτός.

Κονιάω, ῶ, άσω, ακα, & κονιάομαι, τὸ τοίχους τῇ κονίᾳ ἤγουν τιτάνῳ καὶ ἀσβέστῳ ἀλείφειν, opus albarium facio, calce induco, τὸ κονίαμα ποιῶ, calce illino, dealbo, opere tectorio induco, Matthæus vigeſimotertio, τάφοις κεκονιαμένοις, ſepulchra albata, illita. Ariſtotel. 8. Animal. Καὶ οὕτω τρέφουσι οἱ ἐγχελυοτρόφοι ὅταν ... κονιῶνται ἐγχελεῶνας, i. calce illinunt & inducunt albario opere ſiue tectorio anguillarum viuaria.

Κονίδες, αἱ, lendes. vide κόνις in Ammon. & infrà.

Κονίω, idem quod κονίω.

Κόνυζα, ης, ἡ, vel per ypſilon, pulicaria herba, vel pulicaris Theodoro, quòd pulices necat, teſte Dioſc. Latinè tamen eſt cunilago Plin. l. 21. c. 90.

Κονίζω, μ. ίσω, π. ικα, puluere fœdo, exerceor: de athletis, qui luctæ ſe exercentes, puluerem excitabant, Act. Accuſat. vnde apud Heſiod. κονισαλέος, puluerulentus. κονισαλέος ἐχθρὸς ποταμοῖο, puluerulentus propter calculos & arenam, in Epig. apud Ariſtoph. κεκονισμένος itidem in Epig. κεκονισμένη ἀσπὶς, puluerulẽta parma, ὁ κονιορτὸς ἐδέξατο, Demoſth. κεκόνισται ὁ ποταμὸς, in Epigrammat. id eſt, fluuius deſiccatus eſt, vt puluerem admitteret.

Κονίλη, ης, ἡ, origanum ſylueſtre, cunila Plinio. Nicander in Theriac. ... κονίλην ... Idem in Alexipharmach. ... κονίλην. Interpr. tamen κονίαν exponit. ſed κονίλην legendum eſſet in verſu.

Κονίοντες, ἐλαύνοντες, Hom. Od. 3.

Κονίπους & κονίποδες, (apud Etymologiſten & Suidam) οδος, ὁ καὶ ἡ, pedibus in puluere verſans, vel cuius pedes puluere reſperſi ſunt. Plutarchus initio Problemat. Græc. κονίποδας & ἀρτύνας. in Epidaurica Rep. tradit fuiſſe vocatos quoſdam ſenatores nominatos autem κονίποδας coniectatur ... nam in agris vt plurimum degebant. κονίποδες dicebantur etiam calceamenta quædam ſolea exilioris Poll. οἱ δὲ κονίποδες, ... Etymologiſtes autem ac Suid. κονίποδας dicunt eſſe ... addit verò Suid. ... Heſychio vero κονίποδες ſunt ...

Κονιορτόποδες, κονίποδες, quorum pedes in puluere verſantur.

Κονιορτὸς, οῦ, ὁ, puluis ... Theophr. de cauſ. lib. quarto, capite vltim. ... (legend. ...) ... (legend. ...) ... lege Plin. l. 18. ca. 30. vbi ait horrea ſine calce conſtrui debere, quoniam ſit frumento inimiciſſima.

Κονιορτέω, puluerem inijcio, puluerem excito. κεκονιορτωμένος, puluere inſperſus, Nazanzenus, μηδὲ αὐτοὶ πρὸς ὀδίας κονιορτώμεθα. Theophraſtus hiſtor. libro ſecundo ca. 10. ... vide ὑποκονίω.

Κονιορτώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, puluerulentus. vide Κονιορτός.

Κονίσαλος, ου, ὁ, qui verſatur in puluere athletico vel palæſtrico.

Κονίω, puluerem excito.

Κονίω, μ. ίσω, π. ικα, excito puluerem, puluero Col. impleo puluere, Act. Accuſ.

Κόνις, ιδος, ἡ, paroxytonum, Cyrillus (ſuperius tamen. κονίδες ſcribitur:) lens, lendis, Ammon. Cyrillus exponit lendes aut furfures capitis.

Κόνις, εως, ἡ, oxytonum, puluis, cinis, calx, & quiduis aliud, quo aſperitas læuigari poteſt, & obſtrui raritas. vnde ἀκόνιτος, non picatus. Lucianus de luctu, τὸ δὲ ... ἡ κόνις, quod remanet cinis eſt, id eſt, ὁ ... Κόνις μαλακὴ, Galen. ὑγιεινῶν libro quinto, vocat in palæſtris puluerem mollem, in quo nihil ſit aſperi.

Κονισάλεος, puluerulentus.

Κονίσαλος, ου, ὁ, puluis, κονιορτός. Homerus Iliados γ, circa initium & aliâs ... ὑπὸ ποσσὶ κονίσαλος ὤρνυτ' ἀελλὴς, ſub pedibus excitabatur puluis procelloſus. Et puluis in coniſterio aſperſus luctaturis poſt ceroma πάτος καὶ κονίσαλος dicebatur, Galenus ſecundo & tertio libro, τῶν ὑγιεινῶν. Vide πάτος. Item dæmonis nomen apud Athenienſes, Cælius libro quarto, cap. 26. vide Κοτυττώ.

Κονίσαλοι, Heſych. ἀφροδίσια.

Κονιστήριον, ου, τὸ, ἀπὸ τῆς κόνεως, coniſterium Vitruuio libro quinto, capite vndecimo, vbi puluere poſt ceroma luctaturi aſpergebantur, vt præhenſiones eſſent firmiores, & minus lubricę. Nam & puluerem luctatoribus ex Ægypto allatam author eſt in Nerone Sueton. & Plinio libro 35. capite decimotertio, & in gymnico inſtrumento pulueris ſportulam enumerat Pollux. vide ἀφὴ & ἁφαστή. Atque is puluis qui luctaturis aſpergebatur atque affricabatur corporibus illitis oleo, dicebatur πάτος καὶ κονίσαλος Atticè, teſte Galeno ὑγιεινῶν li. 2. & 3.

Κονιστικὸς, ή, όν, in puluere ſe volutans. κονιστικὰ ὄρνις, vt ἀλεκτρυὼν, φασιανός, apud Ariſtotelem pulueratrix, quæ ſeſe in puluere volutat, Gaza.

Κονίστρα, arena, ſeu puluis in quo exercemur, palæſtra, area. Ariſtoteles libro nono Animal. de nido perdicis. καλίστρα, παλαίστρα.

Κόνιτρον, puluis. ſordes, ῥύπος. Suid. κονίστρα.

Κονίω, lino, vngo, puluerem excito, feſtino. Heſiodus, κονίοντες πεδίοιο, id eſt, τρέχοντες. ... inquit interpr. κονίονται, puluere volutantur.

Κόνια, cinis.

Κονεῖν, intelligere, ſcire.

Κόνναρος, Connarus arbor Alexandriæ quam deſcribit Athen. libro 14.

Κόννος, erro, mendicus. Heſych. ἀλήτης ... ὢν ἄριστος, qui vagari & mendicare cogitur, licet optimus.

Κόννος, barba.

Κοντὸς, οῦ, ὁ, contus, remus, eſt hinc etiam Κοντίλος ſignificans & ipſum ... Heſych. κοντίλον eſſe ſcribit εἶδος ὀρνέου, ſiue ὀρτυγα et turnicem, item eſſe ſerpentem quendam forſitan illum qui ἀκοντίας dicitur ex eo quod ſeſe iaculi modo in aduerſarium vibret. κόντοι, trudes quib. nauis inhærens ſaxis traditur, & retrorſum reuocatur.

Κοντουβερνάλιος, ου, ὁ, contubernalis, commilito, συστρατιώτης, ... λαχίτης.

Κοντουβέρνιον, οἱ, vide ἐπιλῖται in Append. Lex. vocab. militar.

Κοντωτὰ, τὰ, genera quædam nauium dicta, quòd contis propellerentur. Apud Diodorum Siculum, κοντωτὰ πλοῖα. Appianus, in primo bello externo, pro minoribus nauigiis vtitur, quaſi actuaria.

Κόνυζα, ης, ἡ, βοτάνη τις. vide κόνιζα.

Κονῶν, Heſychio eſt ... quod ſupra κονεῖν.

Κόξα, ης, ἡ, coxa, poples, τὸ ὄπισθεν τοῦ γόνατος μέρος.

Κοπάδες σῦκαι, fici multifidæ, Gaza libro primo, capite quinto, de plant. Theophr.

Κοπάζω, μ. άσω, π. ακα, ceſſo, requieſco. Neutr. Numerorum vndecimo, καὶ ηὔξατο Μωυσῆς πρὸς κύριον, καὶ ἐκόπασε τὸ πῦρ, & ceſſauit ignis. Et pro deſino & pono: de vento, Matthæus decimoquarto, καὶ ἐμβάντων αὐτῶν εἰς τὸ πλοῖον ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος. id eſt, pacatus fuit, quaſi vid. flando delaſſatus. quum enim κόπος grauem laborem declaret, videtur τὸ κοπάζειν propriè de ea demũ quiete dici quę vehementiſſimã aliquam motionẽ conſequatur & hoc verbo ſimiliter vti Herodotum in Polymnia obſeruauit doctiſſimus Camerarius, itidem agentem de tempeſtate à Magis (vt quidem tradit) ſedata.

Κοπα-

Κόπανον, piſtillum, ὕπερ. vnde τρικοπάνιστος ἄρτος, panis ter piſtus, i. bene ſubactus.

Κοπάς, arbor inciſa.

Κοπεὶς, έντος, cæſus, contuſus, detruncatus: à κόπτω.

Κοπετὸς, οῦ, ὁ, planctus, luctus, eiulatus, θρῆνος μετὰ ψόφου χειρῶν.

Κοπεὺς, έως, ὁ, cælum quo marmorarij incidunt marmora Luc. in ſomnio.

Κοπὴ, ῆς, ἡ, contuſio, tritura, fractura, præcipitium quaſi præciſio quædam, Strabo libro decimo, ἀπὸ τῆς κοπῆς ἐπὶ τὴν πεδίαν, præcipitem dari. Κοπὴ, cædes: in epiſtol. ad Hebr. capite ſeptimo, ὑποστρέφοντι ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων. Κοπὴ αὐτὴ τοῦ κύματος apud Ariſt. de Mundo c. 3.

Κοπηρὸς, ά, όν, laborioſus. κοπηρότερος, laborioſior, Ariſtot. Probl. ſect. 5.

Κοπιάζω, μ. άσω, π. ακα, &

Κοπιάω, laboro, negotium faceſſe, laſſitudinem affero, ſeſſus ſuccumbo, Neutr. abſol. Ariſtophan. ἐν Θρ. ... κοπιᾶν ὑμῖν ... interpr. ... Apoſtolus capite quarto ad Galatas, φοβοῦμαι ὑμᾶς μήπως εἰκῇ κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς, de vobis metuo, ne in vobis conſumptus labor meus & defatigatio fruſtrà fuerit. Matth. capite vndecimo, οἱ κοπιῶντες, fatigati, deſeſſi.

Κοπίζειν, ψεύδεσθαι, mentiri, Cælius libro decimoquarto, ca. 38. vide κοπίς.

Κοπὶς, ίδος, ἡ, mucro, falx, bipennis, gladij genus, Pollux in inſtrumento culinario numerat. κόπις (ſcribit Suid.) Iſæus, rhetor, ... acutus & verſutus, Euripid. de Vlyſſe. Plutarchus in Phocione, ... verba ſunt Demoſthen. de Phocione. Et κοπὶς, cœna Lacedæmoniorum, Athen. inde κοπίζειν verbum quo etiam vtitur libro ſecundo & quarto, Cæl. libro 14. cap. 58.

Κόπος, ου, ὁ, labor, moleſtia, laſſitudo ſponte veniens, defatigatio, ... Galen. id eſt, corripi defatigatione. Ariſtophanes in Pluto, ... in labore verſari. ... κόπου ... laſſeſcendi cauſam labor infert.

Κοπιῶμαι, laſſeſco, fatigor, iactor. apud Dioſc. ... labore confractis, vel fatiſcentibus, vel contuſis.

Κοππατίας ἵππος, equus ϙ litera notatus. vide Ariſtoph. interpr. in Neb. & Cæl. l. 14. c. 31.

Κοπρέω, vel Κοπρόω, ſtercoro, planto.

Κοπρία, ας, ἡ, ſtercus, Lucæ capite decimotertio, ... & ſtercorabo. ſterquilinium, ... Chryſoſt. ... & ſterquilinium pro domo & vrbe vt ei eſſet, faciens.

Κοπρίζω, μ. ίσω, π. ικα, ſtercoro, Neut. Accuſ.

Κοπρινὸς, ή, όν, ſtercoreus.

Κοπρεῖν, ... fimum circumiicere, Nazanzen.

Κοπρεῖος ἀνὴρ, plebeius homo, ... qui fœda & vilia loquitur.

Κόπρισις, εως, ἡ, ſtercoratio.

Κοπρισμὸς, οῦ, ὁ, idem.

Κοπρώδης, εος, ὁ & ἡ, ſtercoroſus.

Κοπρεᾶι, ῶν, ſcarabæi, quòd ſtercoreas pilas prouoluant Hippocrat.

Κοπρολόγοι ἄνδρες, viri ſordida loquentes, legentes ſtercora, ita vocat rhetoras Ariſtophanes ... κοπρολόγοι ...

Κόπρος, ου, ὁ & ἡ, fimus, ... Ariſtophan. ... καὶ τὴν κόπρον, veſceris ſtercore. Item excrementum quod ab edulis in ipſis inteſtinis continetur, mandra: propriè tamen equinus fimus. κόπρου ... vtilitas ſtercorandi κόπρος, fimus quo fit ſtercoratio, l. fimo lætamen, τὸ κόπριον. hinc & κοπρολογεῖν, ... Ariſtophani, vnde dicti κοπρολόγοι qui & κοπροφόροι. κόπρον ..., Gaza de Seneſt. ... Interpr. Ariſtophan. vide prou. Apud fimum. vide ... & Pollucem libro quinto, capite decimoquarto. dicitur etiam de luto ſeu cœno Il. χ, dicitur quoque de bubili ſeu boum ſtabulo Il. σ. ſic & Od. κ.

Κοπροφορεῖν, inquinare, ... ſtercore fœdabo.

Κόφινος κοπροφόρος, corbis qua ſtercora, aut fimi afferuntur.

Κοπρὼν, ῶνος, ὁ, ſterquilinium, latrina, ... Ariſtophan.

Κοπρεαῖος, pro homine extremæ ſortis ponitur à Chryſoſt. quaſi ſterquilinarius

Κόπρωσις, εως, ἡ, ſtercoratio, Theophraſtus de cauſis libro tertio, cap. 24.

Κοπτάρια, appellantur à Medicis pharmaca quæ ad placentulæ formam contundendo rediguntur, qualia ſunt quæ κοπτάρια ... vocantur. vide Galen. κατὰ τόπους libro ſeptimo Dioſcorides libro quarto de Cnico, ... κοπτάρια ... ἀμυγδάλων, ... ſφαιρίον. Eadem etiam Κοπταὶ appellantur. Idem Dioſcorides libro ſecundo de Lino, ... Aetius cecimotertio, capite 125. ... &c. Artemidorus libro primo, capite 74. ... placentæ ex ſeſamo. eius generis fuit & Copta Rhodia. Martialis in Apophoret. Copta Rhodia. Peccantis famuli pugno ne percute dentes: Clara Rhodos coptam, quam tibi miſit edat. Κοπτὸν φάρμακον, medicamentum quod non coquitur, ſed tunditur, & liquoribus guttatim inſtillatis ad malagmatis formam redigitur; niſi res tundendæ per ſe ſatis humectæ ſint. Galen. κατὰ τόπους l. 9. ... τὸ φάρμακον. Alibi, κόπτεται τὸ φάρμακον.

Κοπτὴ, ῆς, ἡ, copta, genus panificij quod tundendo fiebat. Eius meminit Trallian. & κοπτάριον Oribaſius. vide Κοπτάριον.

Κοπτὶς, ίδος, placentæ genus. vide Κοπτάριον.

Κόπτον σιδήριον, ferramentum acutum.

Κοπτὸς, ὁ, πόλις, & locus, Schol. Theocr. Idyl. 17.

Κόπτομαι, μ. ψομαι, π. μμαι, Depon. &

Κόπτω, μ. ψω, π. φα, cædo, percutio, pulſo, dirigo, obtundo, frango, dilanio, plango. κόπτει τὸν λειμῶνα, lacus petit. νόμισμα κόψαι, Ariſtoteles ſecundo OEconom. cudere nummum. νόμισμα ... ex ſtanno percuſſit nummum. Ariſtophan. κόπτω τὴν θύραν, pulſo ianuam. vide ψοφῶ. Κόπτομαι, pro arieto, Ariſtoteles de mundo, ... κόπτεται μετὰ βίας, ventus in terra cohibitus ac conuolutus arietat impetu vehementi. Pro plango pectus. Lucianus de ſacriſic. ... excitatus puluis, Heſiodus. ... puluis quem excitant currus. Accipitur aliquando in ſignificatione impudica, quemadmodũ Latinis præcidere. Ariſtophan. Ran. ... præciditur acclinatus. Martialis, Præcidi gaudes, præciſus Næuole ploras. Ammonius diſtinguit à ψοφεῖν. Κόπτεσθαι pro φθείρεσθαι, corrumpi, de ſeminibus dixit Theophraſt. hiſtor. libro octauo, capite decimo & vndecimo, ... κόπτεσθαι. Et de fabis quæ vermiculationi obnoxiæ ſunt, idem de cauſis libro quarto, capite decimoquarto, ... vide etiam cap. 5. & 2. eiuſdem lib.

Κοπώδης, εος, ὁ & ἡ, operoſus, quo facilè quis fatigatur. Pro moleſto accipit Plut. in Plat. quæſt.

Κοπωθέντες, defatigati.

Κορεῖν, puellam abducere.

Κορακέας, τὸ, ficus genus à corui nigredine & coracino colore, Comm. Ariſtoph.

Κορακινόομαι, κορακόω, κορακίνω, denigro, μελαίνω.

Κορακίας, ὁ, niger. Item graculus, ſpecies quædam monedularum, Ariſt. 9. Anim.

Κοράκινος, η, ον, coruinus. vide Κόραξ.

Κορακῖνος, ου, ὁ, piſcis, ... (vt Oppian. enarrator ait) qui coracinus Plinio. Athen. lib. 7. dictum aſſerit ... Gaza graculum vertit, & coruulum.

Κοράκιον, ου, τὸ, coruulus. Item rudes, ſeu malleus quo pulſantur fores apud Euſtathium, eſt etiam ficus cuius fructus eſt coracino colore, vt Ariſtoph. ſchol. & Suid. tradunt alio nomine κοράκεια appellant.

Κορακοειδὴς, έος, ὁ & ἡ, coruinam ſpeciem gerens.

Κορακώδης, ὁ & ἡ, qui eſt coruini generis, coruinus.

Κοραλλίζω, corallium imitor, rubeſco.

Κοράλλιον, corallium. ... infra ſcribitur per ω μέγα.

Κόραμβη, Atticè pro κράμβη, braſſica, quòd pupillas hebetet. ... alij ſcribunt κοράμβη.

Κόραξ, ακος, ὁ, coruus. ... nigrum: vel ... ab aſſiduo pupillæ motu, Cælius libro ſeptimo, capite quinto. Eſt etiam locus ſupplicij in Theſſalia, vnde Prouerbium, εἰς κόρακας, ad coruos, de quo Eraſm. Chil. Ariſtophan. ... non abibis in perniciem. ... idem. ... εἰς κόρακας, Plautus in Pœnulo. i dierectè in maximam malam crucem, idem. ... ἐς κόρακας, idem Ariſtophan. Dicit Plautus in Pœnulo, abi dierectus: &, i dierectè in maximam malam crucem. Eſt etiam κόραξ, ſydus, ſignum cæleſte, Proclo de Sphæra. Aratus, ... De coruo aue vide Ariſtotel. libro octauo Animal. Ælian. & Oppian. Eſt & machina nautica cuius in naumachia vſus apud Polybium, qui appoſitè eam depingit libro primo, meminit & Appian. coruus demolitor, & grus dicitur à Vitruuio libro decimo, capite decimonono, & horum coruorum fit mentio apud Curtium libro quarto, eſt & κόραξ, marculus ferreus oſtij, cantharus Plauto, manus ferrea Lucretio, ... etiam vt diximus: Stra-

bo libro duodecimo, [illegible] χροιὰ, id eſt, [illegible] χρῶμα, vocat quem coracinum colorem dixit Vitruuius libro octauo, capite tertio, qui cum quodam ſplendore nigerrimus eſt, qualis eſt gagatis vel obſidiani lapidis color, vel ſerici nigri villoſi, quod vulgo *veloux noir*. Κόραξ eſt etiam genus ſupplicij apud Lucian. in Menippo.

Κορακ[illegible], ſuppliciter obſecrare.

Κοράσιον, ου, τὸ, puella, puellula, Catul. apud Matthæum c. nono.

Κορασιώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, puellaris.

Κορ[illegible], obſtrepere, improbe & pertinaciter quippiam flagitare. Suid. [illegible]

Κορ[illegible], ου, ὁ, vlcus, [illegible].

Κ[illegible], ου, ὁ, auis quædam.

Κορδακίζειν, inconditè & laſciuè ſaltare.

Κορδακισμὸς, οῦ, ὁ, &

Κορδακισμός, ὁ, genus ridiculæ ſaltationis ac ruſticæ in comœdiis ad quam Terentius alluſit in Adelphis, Tu inter eas reſtim ductitans ſaltabis? id eſt, κορδακισμὸν agens. In libello [illegible] χαρακτῆρ, qui aſcribitur Theophraſto cap. [illegible] Demoſthenes etiam obiiciebat κορδακισμοὺς Philippo. Ariſtophan. [illegible] neque cordacem protraxit. Syneſius in epiſtol. [illegible] Tria aût erât ſaltationis genera ἐμμέλεια tragica, σίκιννις Satyrica, κόρδαξ Comica quæ turpiter lumbos ſpinaque quatiebat. vide Interpr. Arrianus libro [illegible]. Capitur & κόρδαξ pro pede trochæo, Quintilianus libro nono. Cicero in Oratore ad Brut. Ariſtoteles trochæum, qui eſt eodem ſpatio quo choreus, appellat κόρδακα, quia contractio & breuitas dignitatem non habeat. Sed ſolùm tamen ſic habet Ariſt. 3. Rhet. ὁ δὲ τροχαῖος κορδακικώτερος, i. mollior & ſine grauitate, vt Cordax ſaltatio.

Κορδίνημα, ατος, τὸ, capitis grauedo Erot. ſcribitur & σκοτόδινημα.

Κορδιστοὶ, gens quædam Galatarum apud Athen. lib. 6. meminit Eraſ. in Prouerb. Canis in præſepi.

Κορδύλη, ης, ἡ, [illegible], ligula, claua, omne eminens & contortum, & genus vilium piſciculi, Cælius libro decimotertio, capite quinquageſimooctauo, Interpr. Ariſtophan. In Nebul. annotat Cypros κορδύλην appellare, τὸ [illegible] τῆς κεφαλῆς, capitis inuolucrum. Item fœtus thynnorum, qui in pelamidem abit, exactoque anno thynni nomen aſſumit: ſic Ariſtoteles Plinius libro nono, capite decimoquinto, de Thynnis loquens, Cordylla appellatur partus, qui fœtas redeuntes in mare autumno comitatur. libro verò triceſimotertio, ca. vndecimo, Cordylla, inquit, & hæc pelamis pupila, cum è Pontum in Mæotide exit, hoc nomê habet.

Κορδύλος, ου, ὁ, animal ἀμφίβιον, quod ſoli expoſitum emoritur. dicitur & Κύρυλος à Numenio apud Athenæum libro ζ. pulmonem non habet ſed branchias, éſtque de genere quadrupedum. vide Ariſtotel. hiſtor. libro octauo, c. 2. Κορδύλος verò, vt rana inter paluſtres, l. 1. c. 2.

Κόρδυς, υος, ὁ, aſtutus, fallax, propriè [illegible], i. is qui omnibus in rebus verſatus eſt.

Κορέα, ſaturitas, pulchritudo, virginitas, Proſerpinæ ſacrificium.

Κορεῖον, ου, τὸ, idem quod [illegible].

Κορεύω, puerum ſiue puellam educo, Eurip.

Κορέννυμι, μι, [illegible], &

Κορεννύω, &

Κορέω, ſaturo, ſatio, expleo. vnde [illegible], libro quarto Epigrammat. & cum Genitiu. & Heſiodus, κεκορημένος [illegible]. κεκορημένος ὕδατος, aqua ſaturatus, in Epigrammat. [illegible], ſaturata herba, Apol. Nican. in Alexiphar. [illegible]

Κορεστής, ὁ, ſaturatus, repletus: dicitur & κεκορημένος, Hom.

Κορεύματα [illegible], ſoluere virginitatem, Eurip. in Alceſte, [illegible] dixit.

Κορέω, ῶ, [illegible], orno, purgo, verro, Actiuum, Accuſatiuo, [illegible], metaphoricè apud Ariſtophanem in pace [illegible], ne facias vt incolis deſtituatur.

Κόρη, ἡ, puella decenti forma conſpicua apud Moloſorum gentem, vnde & Ades rex eorum filiam ſuam appellauit κόρην. Accipitur etiam pro virgine, vt annotauit Euſtath. vnde forma diminutiua fit κοράσιον, [illegible], puellula virgo, Demoſthenes [illegible], virgo & domina. pro Minerua, Plato de Legibus. Sic item Proſerpina aliquando vocatur, Laertius in Pythagora. Athenagoras in Apologia, [illegible] Timæus quoque in decimo hiſtor. ait dixiſſe illum, quæ cum viris habitarent eas deorum nomine cenſeri κόρας & nymphas, & deinceps matres appellari. Lycophron hoc nomine vocat naues [illegible], id eſt, primum in aquam coniectas. Item pupila in oculo, id eſt, humor oculi interior quo videmus, vbi imago quaſi in ſpeculo ſemper relucet. vnde Plutarchus ſcribit oratorem quendam dixiſſe de impudente, quod in oculis haberet non κόρας ſed πόρνας. Item impedimentum ſiſtens profluuium, & nummi ſpecies. Κόρη, pro ſorore, Euripi. in Androm. [illegible]

Κόρηθρον, ου, τὸ: ſcopæ: [illegible] potius κόρυθρον. ſcribitur tamen κόρηθρον apud Lucianum, id eſt, [illegible], ſcopæ & ſcopulæ Columellæ. Is in [illegible] Morus male tranſtulit ſcobinā, quæ Plin. eſt τὸ ῥίνημα, ſcobs ſiue ramentum.

Κόρημα, idem, [illegible], ſcopæ quibus verrimus, σάρωθρον. Significat etiam ramentum, & τὸ [illegible], id quod domū verrendo abiiciunt. Item vas, Polluci.

Κόρθιλος, ου, ὁ, auis quædam à nonnullis baſiliſcus dicitur.

Κορθύω, accumulo, colligo. Heſiod. in Theog. [illegible] μένος, vires ſuas collegit.

Κόρθυς, υος, cumulus, σωρός.

Κορθύω, accumulo, [illegible], eleuo, augeo, Hom. Il. ι, [illegible] κορθύεται, attollitur, efferueſcit, [illegible], αὔξεται.

Κορθὼ, Heſych. eſt βλάβη, noxa, damnum.

Κορακῖνοι Heſychio teſte dicuntur αἱ τρίγλαι, mulli piſces.

Κορακίνεον. Theophraſtus hiſtor. l. 1. c. 18. [illegible], κορακίνεον (lego κορίαννον, [illegible]) [illegible].

Κορίαννον, ου, τὸ, annulus, qui in indice ferebatur, teſte Polluce libro ſecundo, ornatus muliebris. Et coriandrum herba, de qua Nicander in Alexipharmacis, & Dioſcorides. κορίαννον, genus oleris hortenſis, Gaza coriannum vertit ex Theophraſto, apud quem aliquando κορίανον legitur, ſed ſæpius κορίαννον. dicitur & κόριον & κορίανδρον.

Κοριάω, effero me, Heſych. enim [illegible] affert pro γαυρούμενοι, pro quo infrà [illegible].

Κορίδιος, ου, ὁ, qui virgo ducit vxorem, ſed magis eſt in vſu κουρίδιος.

Κορίζομαι, blandior, blandè appello. Ariſtophanes, [illegible]: vt patres & matres filiolas ſuas diminutiuis nominibus ſæpenumerò nuncupant, vt blandius loquantur, vt puta, γλυκέριον [illegible] γλυκέρα appellantes.

Κορικὸς [illegible], puellæ nubiles.

Κορινθιάς, laurus.

Κορικὸν, τὸ, res ad virginem ſpectans.

Κορικὸν, virginale.

Κορικῶς, puellarum more, puellariter, Plin.

Κορινθίαι, οἱ, qui ex clancularie concubitu nati ſunt. forſan ſunt quos clam pepererunt, quæ κόραι eſſe putabantur, cuiuſmodi [illegible] Lubulus comicus per riſum vocauit [illegible].

Κορινθία ῥίζα, radix Corinthia, Theophraſtus libro ſeptimo, de plant.

Κορινθιάζειν, &

Κορινθιάζεσθαι, ſcortari, lenonem agere, Corinthiari. vide in Chiliad. Eraſmi. Heſychio teſte prouerbialiter & Κορίνθιος ξένος dicitur [illegible].

Κορινθιουργὴς, Corinthio opificio factum. Bud. Com.

Κορίνω, puluerem concito. malim [illegible].

Κόριον, ου, τὸ, &

Κορίσκιον, ου, τὸ, puellula. κόριον, κορίδιον & κορίσκιον dicunt Attici, ait Phrynich. non autem κοράσιον. Item κόριον, coriandrum, κορίαννον, [illegible]. Nic. in Alexiph. [illegible] Interp. ſylueſtre coriandrum intelligit.

Κόρις, ὁ καὶ ἡ, cimex, vt Gaza vertit [illegible] Ariſtotel. Dioſcorides libro ſecundo, capite trigeſimoſexto, κόρεις [illegible]. vulgò [illegible] lege Conſtantinum [illegible] libro decimoquinto, cap. [illegible]. Ariſtoteles hiſtoriæ libro quinto, capite trigeſimoprimo, de cimicum generat. ita tradit. [illegible] Ariſtophan. in Nebul. [illegible] Κόρις, herba de genere Hyperici. deſcribit Dioſcorides libro tertio, capite 174. Plinius libro vigeſimoſexto, capite octauo, apud Hippocratem, κορίον ſcriptum eſt. vide Galen. in Gloſſis.

Κορίσαι, Heſych. eſt ὑψῶσαι, in altum extollere, eleuare.

Κορίσκος, ου, ὁ, adoleſcentulus, νεανίσκος.

Κορικὸς, puellaris.

Κορκ[illegible], [illegible].

Κορκορος, olus agreſte & contemptum. vide [illegible], piſcis quidam.

Κορκορυγεῖν [illegible] dicitur, i. latrare, ſtrepere, ἠχεῖν. vnde [illegible], apud Ariſtoph.

Κορκορ[illegible], ὁ, Æſchylo [illegible] &

Κορκορυγμὸς, οῦ, ὁ, inteſtinorum latratus, & ſtrepitus, propriè de equis.

quis. vide [illegible].

Κορμοτὰς, αἰδοῖον ἀνδρὸς, genitale vel teſticulus virorum, Heſych. ſed quidam reponunt κορμάτας.

Κορμίζω, μιμάτω, ῥ. μαρκ, incido, populor, τέμνω, & circunligo.

Κορμὸς, ῦ, ὁ, truncus, ſtipes, caudex, codex: [illegible], Eurip.

Κορνοπίων, cognomentum Herculis, à fugatis locuſtis.

Κορνός, ῦ, ὁ, aculeus, tormentum, κέντρον. Eſt etiam myrtus, μυρσίνη, niſi fortè legendum ſit [illegible].

Κορνώπης, ὁ, &

Κόρνοψ, οπος, locuſta, Heſychio κορνώπιδες ſunt κώνωπες, culices, rurſum tamen κορνοπίων dicitur eſſe Herculis cognomentum à fugatis locuſtis.

Κορνὸς, ὁ, mucro teli, τὸ ἄκρον τοῦ τόξου.

Κοροίβης, ου, ὁ, Coroebus. Ponitur & pro ſtulto.

Κορώνη, ἡ, vulpes, ἀλώπηξ.

Κοροφθόρος, ου, ὁ, virginum corruptor.

Κοροκόσμιον, τὸ, virginum ornatus.

Κοροπλάθος, ου, ὁ, vel κοροπλάθης potius, teſte Chriſtodulo, figulus, propriè pupparum, & huiuſmodi imaguncularum quorumcunque animalium, [illegible]. vſus eſt & inter alios hac voce Iſocrat. in Orat. [illegible], inquit Iul. Pollux, [illegible] vocatur, vt dictum. vide Πλάθω. Etymolog. [illegible] (ſed ille κοροπλάθης vocatur) [illegible]. vide Κοροπλάθαι in ſupplemento, & Κοροπλάθος.

Κόρος, ου, ὁ, filius, puer, iuuenis mas, nouellum germen, ramus, ſatietas. [illegible], Demoſt. [illegible], ad ſatietatem video Lucian. Item κόρος, menſuræ genus 41. medimnûm teſte Ioſepho libro tertio de Antiquit. in fine vide [illegible], plus ſatis, Alexand. Aphrod. libro 1. Problem. Idem dixit, [illegible], pro explere & ſaturare. Eſt etiam hominum multitudo. apud Galenum in Gloſſis malè ſcriptum [illegible] pro [illegible], id eſt [illegible], itẽ ſcopa, item niger.

Κορόσημα, ατος, τὸ, purgamentum, quod conuertitur, [illegible], Heſiod. interp.

Κόῤῥη, ης, ἡ, caput cum collo; gena, maxilla, γνάθος. Iulius Pollux, [illegible]. vnde apud Lucianum [illegible], colaphum incutere. [illegible], pugnum in genam impingit, in faciem percutit. [illegible], Phrynich. [illegible], alapis, Nazanzenus.

Κόῤῥιον, [illegible].

Κόρση, ης, ἡ, tempus, κρόταφος, pars capitis. pro κόῤῥη. Interdum capillus, [illegible]. Interdum caput κεφαλή. Lucianus in Dionyſ. [illegible]. de Ioue Mineruam è capite parturiente loquens. [illegible], in Epigramm. Plutarc. in Opuſcu. [illegible], tempora vtrinque hirſuta. Homer. [illegible]. Heſych. [illegible] etiam dicit [illegible] vel [illegible].

Κόρσης apud Cratinum comicum τράγος, hircus, Heſych. forſan quoniam tonderi ſolent hirci, & inde fieri cilicia.

Κόρσος, cognominatus eſt, qui barbam ſibi abraſit primus. κόρσαι item quidam, qui erant in Ionicis ædium ſacrarum foribus.

Κόρσιον, ου, τὸ, corſium, ſic dicitur radix loti, Theophr. l. 4. hiſt. plantar. c. 10.

Κορσίνιον, ου, τὸ, radix quædam, vel numiſma apud Ægyptios, κορσαῖον appellatum.

Κορσὶς, ἡ, Heſych. Corſica, Fuſt.

Κορσοειδὴς, gemma colore ei quæ eſt caniciei.

Κορσωτὸς, libidinoſus, prolixa cæſarie: [illegible].

Κορσὸς, κορμὸς, truncus, ſtipes.

Κορσοῦν, radere, tondere.

Κορσύρη, idem quod κρώβυλος.

Κορσωτὴρ, ῆρος, ὁ,

Κορσωτὴς, &

Κορσωτὸς, οῦ, ὁ, tonſor. Nam veteres [illegible] vocabant κορσωτὰς. quorum inſtrumenta, [illegible] ſiue [illegible], i. [illegible].

Κορσωτήριον, ου, τὸ, tonſtrina, κουρεῖον, Heſych. apud Athen.

Κόρταφος, ὁ, tempus, pars capitis, pro κρόταφος.

Κορταγὴ, Heſych. [illegible], quę & [illegible].

Κορτὶς, idem dici tradit pro [illegible].

Κόρυς, ὁ, apud Perſas prætexta virilis.

Κόρυς, ὁ, ricinus canes infeſtans, κυνόραιστης, Heſych.

Κόρυα, Arcadiæ ciuitas: vnde κορυαῖοι, Arcades.

Κορύβαντες, αἱ, Corybantes ſacerdotes Rheæ. vide κορυβαντιάω.

Κορυβαντιάω, ῶ, μ. άσω, π. ακα, inſanio more Corybantum. Ariſtoph. in Veſpis, [illegible]. Interpr. [illegible]. de his Eraſm. Chil. Corybantiari, & κορυβαντιᾷ. Apud Plinium locus difficillimus eſt, hiſtoriæ libro vndecimo, capite 37. Animo autem videmus, animo cernimus: oculi, ſeu vaſa quædam, viſibilem eius partem accipiunt, atque tranſmittunt. Sic magna cogitatio obcæcat, abducto intus viſu. Sic in morbo comitiali aperti nihil cernunt, animo caligante. Quin & patentibus dormiunt lepores, multique hominum, quod Corybantiari Græci dicunt. At κορυβαντιᾷν non ſignificat patentibus oculis dormire, quo vitio qui laborant [illegible] dicuntur a Celſo. Itaque quidam vir magni nominis, pro quod corybantian Græci dicunt, ſubſtituit. quos corybantia (ſunt autem κορυβαντεῖα loca ſacris & initiationibus Corybantum dicata, qua forma [illegible]. Strabo, [illegible], &c. regrediunt, id eſt, inquit reuocant & reſtituunt ſanitati. Sed dura correctio, & pro ſanitati reſtituere regredere vſurpari probare oportuit: deinde oſtendere illud malum ita ſanari authoris cuiuſuis ſententia. Ego ſenſum apertum in Plin. vimque verbi ſubeſſe exiſtimo atque ſeruari, ſi legas hæc interclusa parentheſi (Quin & patentibus dormiunt lepores multique hominum) Nam ſic erit Plinio κορυβαντιᾷν, abducto intus viſu magna cogitatione (qua ſenſus in caput reuocatur, ſuáque munia deſerit) obcæcatis apertiſque oculis nihil cernere, animo caligante: quod in Corybantis efficit furor, & inſania, vnde vulgò dementem vocamus *monté de teſte*: vt quidam Corybantes deducunt [illegible] pro [illegible] & [illegible]: quia velut abductus animus capitis verticem aſcendit: licet author Etymologic. quaſi [illegible] (quod Iouem occultarint) [illegible] deriuet.

Κορυβαντίζω, Corybantum ſacris initio, Ariſtophan. Idem in Veſpis, [illegible]. Plato in Phæd. [illegible], cum quo inſaniat, i. immodicè oblectetur confabulando.

Κορυβάντειον in κορυβαντιάω.

Κορυβαντισμὸς, luſtratio, purgatio, καθαρισμός.

Κορυγγεῖν, Heſychio eſt κορυπτίζειν, cornibus ferire κορύπτειν.

Κορύζας, doricè dicitur ὁ κῆρυξ præco, teſte eodem.

Κορυδαλὸς, vel κορυδαλλὸς, κορυδαλλὶς, κόρυδος ſiue κορυδὸς & κόρυς, eadem auis quæ & κορυδὼν dicitur, alauda, vulgò *cochevis*, & *alouette*. eius duo genera: vnum cum apice in capite galeri ſpecie ſiue caſſidis: ob idque galeritam vocat Plinius, Varro galericum, Gellius libro ſecundo, capite vigeſimo nono, caſſitam. Et alterum ſine apice, cuius rurſus duo genera, terreſtre & marinum. Ariſtotel. hiſtoriæ libro nono, capite viceſimoquinto: [illegible]. Et libro hiſtor. ſexto, capite primo, vbi ita legend. [illegible], id eſt, galeritæ. Eius auis mira eſt commendatio aduerſus colon ſiue coli vitium, quod [illegible] dicitur. vide Plinium libro 30. c. 7. in eo loco, Coli vitium efficaciſſime ſanatur ab aue galerita aſſa in cibo ſumpta, &c. id ſæpe ſe expertum teſtatur Aetius in colicis magno ſucceſſu. ipſam dabat decoctã cum iure ſimplici: vt & Paulus Ægineta, cuius aſcribam dictionem rerum & verborum cauſa, [illegible], &c. Galen. etiam de hac aue doctè & accuratè conſcripſit, cuius etiam verba recitabo, vt eadem opera deprauatam ſcripturam corrigam. Sic enim ſimpl. l. vndecimo, [illegible] (habet verò Dioſcorid. libro ſecundo, cap. 59. [illegible], vbi repono ex Galeno, Plinio, Paulo, Aetio, κωλικοῖς. vide in voce [illegible] (nempe in comœdia quæ Ὄρνιθες inſcribitur) [illegible] (legend. [illegible]) [illegible] (leg. [illegible]) [illegible] (apud Ariſtophanem ſcriptum κορυδὸς, quæ & κορυδὼν interpreti) [illegible] (leg. [illegible]) [illegible] leg. [illegible] &c. legendo hoc modo [illegible]. Hoc & aiunt Theocritum innuere dicentem, [illegible], quo epitheto apicem ferentem galeritam

denotauit, qui vt tumulus aſſurgit capiti. vide cætera apud ipſum Galenum, cui etiam

Κορυδαλὶς, herbæ nomen eſt, cuius vſus in colicis affectibus.

Κορύδυλλις, ἡ, piſcis ſalſamentarius, quem cordyllam appellant. Numenius in Halieuticis γλαυκὴν κορύδυλιν dixit.

Κόρυζα, ης, ἡ, humoris à capite fluxio, grauedo, pituita, mucus narium: quod malum ab Hippocrat. dicitur μύξα, vt μεστὸς κορύζης τὴν ῥῖνα, habens nares muco oppletas, Lucian. Ponitur aliquando pro ſuperbia, faſtu. Tria ſunt deſtillationis genera ex capitis refrigeratione, κόρυζα, id eſt, grauedo in qua ad nares humor deſtuit. βρόγχος verò cum in os aſperam arteriam pulmonémque decumbit. Et κατάῤῥους, vbi fit fluxus in fauces, gulam atque ventriculum. Vide Galen. libro primo, de locis affect. Aetium ſerm. 8. capite 53. Cornelius Celſus libro quarto, capite de diſtillatione & grauedine, inquit, Hæc omnia κορύζας Hippocrates nominat. Nunc vide apud Græcos in grauedine hoc nomen ſeruari, deſtillationes καταῤῥοὰς appellari.

Κορυζάω, μ. ήσω, π. κα, muco plenus ſum, grauedine infeſtor, cōflictor. Neutr. Abſol. apud Heſychium reperitur etiam κορύζει expoſitum μωραίνει, itidémque Κορύζαν, μωρευόμενος, pro quo Suid. habet κορυζᾷν. periſpomenon, ratio forſan eius expoſitionis eſt quod ſtulti eſſe ſoleant οἱ κορυζῶντες: vnde & βλεννόμυξα.

Κορυζέω, lacero, vanus fio.

Κορυδαὶξ, impetuoſus, violentus, ἀπὸ τοῦ κόρυδος καὶ τοῦ ἀΐσσω τὸ ὁρμῶ.

Κορυθαίολος, ὁ, ornatam habens galeam, Homer. Iliad. β, κορυθαίολος Ἕκτωρ, radiantibus armis circundatus, ὁ αἰόλλων καὶ κινῶν τὴν περικεφαλαίαν, ἢ ὁ ποικιλός, Interpr. Homer. κορυθαίολος, exponitur à Græcis non ſolùm variam habens galeam ſeu criſtam, ſed etiā δινῶντες, & ὁ κινῶν τὴν περικεφαλαίαν, quaſi in varias partes mobilis. κορυθαίολα νίκα, Ariſtoph.

Κορυθαλὶς Heſych. eſt δάφνη ἐστεμμένη, ſecundum alios εἰρεσιώνη, ſunt qui dicant eſſe ὑπὸ ῥίζαν Βῶν. apud Etymolog. pro hoc ſcriptū κουρυθάλη, ab eóque exponitur itidem ἡ περὶ τὴν Θυρῶν δάφνη [illegible], quoniam (inquit) οἱ κλάδοι, quos vocant κορυς θαλλοὺς, vt Chryſippus [illegible]: alij hanc nominis rationem afferunt, quod [illegible], qui κόροι & κόραι dicuntur [illegible], κορυθαλλίας Ἀρτέμιδος, meminit Athen. alicubi, & Κορυθαλλίστριαι Heſych. ſunt αἱ χορεύουσαι τῇ κορυθαλλίᾳ θεᾷ.

Κόρυθρον, ſcopa. nam κορεῖν, verrere eſt. vide Κόρηθρον.

Κορυθόω, ἀπὸ τοῦ κόρυθος, κορυθόω, κεκορύθωμαι, & per syncopen κεκόρυθμαι. & Participium κεκορυθμένος, Odyſ. φ. in fine, idem quod κορύσσω, armo.

Κορυθὶς Heſych. eſt αὐλήτρια tibicina.

Κόρυδος, eidem ſunt περικεφαλαῖαι quę & κόρυθες: eidem κόρυδος eſt εἶδος τι τῶν τριχῶν.

Κώρυκος, pera, ſacculus, θύλακος, genus pilæ ex pelle factæ ventoque inflatæ, cuius apud Italos frequens eſt vſus, Latinè follis. Martialis. Folle decet pueros ludere, folle ſenes. Plautus pugillatorium follem vocat. vide infrà Κώρυκος.

Κώρυκος, etiam teſtium conceptaculum & ſacculus, ſcrotum. Apſyrtus, [illegible] εἰς κώρυκον ὁ θυλάκιον.

Κορυλλίων, Heſychio eſt ſpecies auis ſupra [illegible].

Κορυμβάς, [illegible] κορυφαῖος καὶ ἄκρος.

Κορυμβήθρα, ας, ἡ, hedera.

Κορυμβίας. Theophraſtus de hiſtor. plantar. libro tertio, cap. 18. de hedera, [illegible] (male legitur [illegible]), [illegible] κορυμβίαν, [illegible]. hunc locum ita expoſuit Plinius libro decimoſexto, capite 34. alia fructu tantùm candida, alia & folio. Fructúmque candidum ferentium aliis denſus acinus, & grandior, racemis in orbem circumactis, qui vocantur corymbi. Corymbiam Gaza intelligit illud genus hederæ, Plinius hac voce videtur ipſius fructum, id eſt, corymbos intelligere. Sed libro 19. capite nono, corymbiam aliter accepit. ferulæ, inquit, duo genera in peregrinis fruticibus diximus. ſemen eius in Italia cibus eſt. conditur quippe duratque in vrceis, vel anni ſpatio. Duo ea genera, Caules, & racemi. Corymbiam hanc vocant, corymbóſque quos condiunt.

Κόρυμβον, ου, τὸ, caſtellum nauis, [illegible]. Euripid. in Iphig. in Aulide, [illegible] ἀμφὶ ναῶν κόρυμβα, id eſt, [illegible]. Homer. Iliad. ι, [illegible], id eſt, [illegible], inquit interpr. ibidem. Et lib. primo Epigrammat. [illegible]. Apollonius ſecundo Argonaut [illegible] κόρυμβα, id eſt: [illegible], inquit interpres, id eſt, amplustra ſeu amplustria, i. ornamenta puppis, quę non ad robur naui conciliandum opponuntur, ſed ad venuſtatem & gratiam. [illegible], in Epig.

Κόρυμβος, ου, ὁ, quoduis ſummum, eminens, cacumen, ora. Herodot. [illegible] κόρυμβον. vide in Chiliad. Eraſm. Meos corymbos necto. Item coma mulicbris plexilis, κρωβύλος. vide interpr. Thucyd. apud Athen. κόρυμβοι libro vndecimo in verſu Aſij, [illegible] κόρυμβοι [illegible]. Dixēre & κόμην κατακορυμβωμένην, vt apud Suid. κόμην τρέφων χρυσῷ κεκορυμβωμένην, comam nutriens aureis corymbis faſtigiatam. Item coles aſparagi, & ramus ſiue racemus. κόρυμβοι [illegible], id eſt, ramus, in Epigramm. κόρυμβοι κισσοῦ, racemi hederæ ſiue acini. Dionyſ. de ſitu orb. κόρυμβοι [illegible], id eſt, κλῶνες, rami, coles, Nonnus. οἱ κόρυμβοι κισσοῦ, corymbi hederæ, apud Galenum ad Glauco. ex his fit oleum, cui vis ineſt repellendi humoris. Κόρυμβος itidem quod ῥόμβος, turbo. vide Ῥόμβος.

Κορύμβιον, monile. ſuperius etiam κορύμβιον, pro ornatu mulicbri exponitur. Heſych. κόρυμβα eſt κόσμος τις γυναικεῖος [illegible].

Κορυνά, ὀφθαλμά.

Παρίςασθαι τοῖς φίλοις, ἢ τῷ ἀπολογουμένῳ, ἢ φεύγοντι, pro adeſſe & fauere, & quouis modo opitulari. Heſiodus, τῶ καὶ δ' ἐπαινεῖ παριςάμενος, id eſt, fauere. Sophocl. τούτῳ παρέςης χερί, pro συνεμάχησας, pro hoc propugnaſti. παρίςανται ὑμῖν βοηθοί, vobis præſidio adſunt, Plutarch. in Themiſtocl. Xenophon, παρίςανται μάρτυρες σαφεῖς ἐναργεῖς αὐτῶν, veriſque luculenta prę ſtò ſunt teſtimonia. παρίςαται δέος διαπέτεσθαι, ἢ παρίςαται ἡμῖν, αἰτιᾶσθαι συμμαχεῖν. Ex quo παραςάτης, auxiliarius, opitulator. Παρίςασθαι, videri & ſubire, hoc eſt, ἐπέρχεσθαι, in mentem venire, animóque obuerſari. παρίςαταί μοι θαυμάζειν, ſubit animum admiratio, vel ſubit mihi admirari. Syneſius, ἐκ παιδὸς παρέςη μοι, δεῖν ἀγαθὸν εἶναι χαλὸν, à puero mihi viſum eſt. Pauſanias, παρίςαταί μοι εἰκάσαι, ſubitò in mentem venit aſſimulare, Plato in Phædone, ὥςε μοι παρίςασθαι, proinde mihi videtur: ita vt mihi videatur. Plutarchus ὥςε ἐννοεῖν ἐμοὶ παρίςαται, itaque mihi ſubiit quod ἐπέρχεσθαι περὶ τοῦ θυμοῦ dixit ibid. Genitiu. & Datiu. Bud. in epiſtol. ἐπέςη καὶ ἐπῆλθε ἐμοὶ παραςῆναι πρὸς τοὺς φίλους εἰπεῖν, ὡς, &c. ad amicos dixit ſibi in mentem veniſſe, quòd &c. Plutarchus in Fabio. Odyſſ. 12. γυναῖκες τέκνα Οἰκάδε νοστήσαντι παρίςανται, veniunt in mentem. παρίςατο δέ τοι ἑκάςῳ, in mentem cuique veniat, Thucydid. id eſt, δόξῃ. παρίςω δὲ μηδενὶ ὑμῶν ὡς, &c. nemini noſtrum in mentem veniat, tanquam, &c. Τὸ παριςάμενον, id eſt, τὸ ἐπελθὸν, quod in mentem venit, Bud. in epiſtol. prior. vnde ἐκ τοῦ παριςαμένου λέγειν, eſt ex tempore dicere, hoc eſt, quicquid ſubitò in mentem venit, ἐκ τοῦ παρατυχόντος, & Xenophon, πρὸς τὸ παριςάμενον, vt fors obtulerit. παρίςατό μοι τεθνάναι βούλεσθαι, mihi ſubibit animo moriendi voluntas, Herodot. Παριςάνειν, actiua voce, admonere, ſuggerere, ſollicitare ad aliquid faciendum, ciêre. Pauſan. in Bœoticis, τοῦτο ἐπαμινώνδᾳ παρίςησιν ἐπὶ τὸν θηβαίων καὶ βοιωτίας ἐπαγαγεῖν, hoc ſuggeſſit Epaminondæ, fecit vt hoc illi in mentem ſuccurreret. Παρίςασθαι, ad deditionem compellere, ſubigere, diripere, & ad captiuitatem redigere. Gregorius, καὶ ὁ τὴν οἰκουμένην παραςησάμενοι, & qui orbem terrarum ſubegerant. παρέςησαν, Venerunt in deditionem, Herodotus. ſic Demoſthenes. οὐ πρότερον τῷ πολέμῳ παρέςησαν, πρὶν ἢ, non prius ſubacti ſunt, quàm, &c. παραςάντων δὲ τῶν σαμίων τὰ τείχη καθεῖλε, Plutarchus in Pericle, quum ſe dedidiſſent Samij, muros deiecit. ἔδοξε δ' αὐτοῖς τὴν πόλιν γνώμην παρεςήσατο, &c. ſubegit. παρεςήσαντο πολιορκίᾳ, oppugnando ſubegerunt, id eſt, ἐδουλώσαντο, Interpres Thucydidis. παρεςησόμεθα, δουλωσόμεθα, ſubigamus, idem. παραςήσονται οἱ πολέμιοι, hoſtes deditionem facient, Herodotus παραςήσασθαι ἐς μάχην, in pugnam deſcendere, Idem. παραςήσασθαι τῇ ἐπικρατείᾳ. Gregorius, ὑμᾶς παραςήσονται, id eſt, συλήσουσι, λαφυραγωγήσουσι, λεηλατήσουσι, diripiant & populentur. Plato quarto de Legib. παρεςήσατο εἰς χαλεπὰς τινὰς φορὰς διαιτῶν, adegit & ad graues duraſque conditiones pacis. Παρίςασθαι, appetere, id eſt, aduentare, accedere. Plut. ἤδη τοῦ δεινοῦ παρεςῶτος, iamiam affuturo diſcrimine. Lyſ. διὰ τὰ πράγματα τὰ παρεςηκότα, propter illius temporis ſtatum. Homerus Ilia. γ, δεῦρο ἀλλοφρονέουσα παρέςης, huc acceſſiſti. Sophoc. in Aiace, ὃ καὶ παρέςη κἄτι πῆμ' ἀφίκετο, pro ἐπλησίασεν vt exponit Interp. alij exponunt ἀνέςη, ἐπῆλθε. παραςὰς ἀνδράσιν, vir virum adiens, Herodot. Παρίςασθαι dicitur de iis, quæ iam naturæ ſuæ perfectionem & vigorem adepta ſunt, quaſi conſiſtere & abſolui: poſt quem ſtatum iam ἐξίςασθαι dicuntur: quaſi exoleſcere & fugere, & à natura ſua deſciſcere: ita vt παρίςασθαι dicatur de ſtatu rerum inter incrementum & decrementum, hoc eſt, ἐπὶ τῆς ἀκμῆς. Theophraſtus de cauſis 6. οὗτος γὰρ παραςησάμενος καὶ ἐξιςάμενος, &c. γηράσκων, etenim peruegetum & vigens, deinde à ſeipſo deſciſcens & veluti ſeneſcens, &c. παρίςαται ταχέως τὸ τοιοῦτον οἴνου, celeriter id genus mulſi vigorem adipiſcitur, Ruel. celeriter abſolutum in vſum venit, Marcellus libro quinto Dioſcorid. capite 17. Παρίςασθαι, in rerum naturam prodire, εἰς τὸ εἶναι. Greg. ἐπεὶ διὰ χειρὸς τὸ βαλάντιον πόλιν, καὶ παραςήσαι πόλιν. Εἰ δ' ἀπεῖ σοι πείθεσθαι, καὶ παράςησον ταῦτα, Quod ſi negas, age, informa voluntate tua oppidum, & prodeat oppidum, hoc eſt, παραχθήτω, ὑποςήτω. Παρίςαμαι, patrocinor, aſtipulor, aſſentio, ſubſcribo. Philopon. τῇ Πλάτωνος ὁ Πορφύριος παραςησάμενος δόξῃ, Platonis ſubſcribens ſententiæ. Alexand. Aphrodiſ. παρίςασθαι βουλόμενος τοῖς τῆς μαντείας ἐπαγγελλομένοις, patrocinari volens fatidicis. Παραςήσασθαι, in exilium pellere, id eſt, φυγαδεύειν. vide Παράςασις pro fuga & exilio. Παρίςαμαι, tento, conor & enitor. Polybius, ὅπερ ἡμεῖς αὐτοὶ τὸ παραςησόμεθα ποιεῖν, quod & ipſi præſtare conabimur. Παρίςασθαι, animi fiducia præditum eſſe: non cadere animo: Et de animoſo dicitur, vt qui iam confirmatus non patiatur labaſcere, ſed ad quoſuis caſus animo pręſenti ſit ſubnixus. Diodor. ταῖς ψυχαῖς παρεςήκασι πρὸς τὸν κίνδυνον, ὥςε θανάτου καταφρονεῖν. παρέςη θάρσος αὐτοῖς, ipſis audacia addita eſt: vnde παράςασις, quod Latinè animus pręſens dicitur, vt apud Ciceronem de Orat. 2. Sed animus acer, & præſens, & acutus, idémque verſutus, inuictos viros efficit.

Παραςησάμενος, recuperans, conſiſtens, redigens.

Παριςορῶ, obiter ἱςορῶ, i. ſciſcitor. Cic ad Attic. Hæc te volui παριςορῆσαι: ſumus enim ambo belle curioſi.

Παρισχναίνομαι, extenuor. παρισχνασμένοι, extenuati, macilenti.

Παρίσχω, παρίσχω, παρέχειν, exhibere, adducere, præſtare.

Παρισώματα, Heſych. ſunt ἰσώματα.

Παρίσως, æqualiter, Bud. in epiſt. prior.

Παρίσωσις, ἡ, q. adæquatio. Quint. partes elocutionum tractus appellat. vide Πάρισον.

Παρισωτικὸς, q. adęquatiuus, ęquiparatus.

Παριτητέον, δέον παριέναι, adeundum. παριτητέα ἔδοξεν εἰς τὴν λακεδαιμονίαν εἶναι, viſum eſt è dignitate eſſe Lacedęmonios adire, Thucyd.

Παρίτω, veniat. πάριτε, adeſte, tranſite πάριτε ἐς τὸ πρόσθεν, accedite amplius, progredimini, Ariſtoph.

Παριὼν, ὄντος, Particip. ἀπὸ τοῦ εἶμι, tranſiens, præteriens, qui peruenit, procedens, adiens, accedens, viator, in medium prodiẽs. apud Demoſthen. pro prodeunte ad dicendum. παριὼν τῷ λόγῳ, oratione progrediens, procedens, Plato de Leg. παριὼν εἰς ἐκκλησίαν, in concionem procedens, Plutarch. in Publicola. παριὼν εἰς τὸ πλῆθος, ad concionem accedens, Idem in Pericle. ſic Lucian. παριόντες, prætereuntes, iter facientes, Apollonius Rhod. οἱ παριόντες ἐς τὸν νεὼν, &c. qui templum ingrediuntur. Lucian. ταῦτα παριόντα διὰ τῶν ὀφθαλμῶν, hæc per oculos venientia Alex. Aphr.

Παρκλίνω, pro παρακλίνω, detorqueo. Heſiodus, ἄλλῃ παρκλίνοντες δίκας, &c.

Παρμέμβλωκα, παραβέβηκα, πάρεςι, Hom. Il.

Παρμένω, μ. ενῶ, π. παραμεμένηκα, adſum, permaneo.

Παρνασὸς, οῦ, ὁ, Parnaſus, mons in Delphis, Etymologic. vnde παρνάσιος κορυφή, Eurip. & παρνασία πέτρα, Ariſtophan. vbi colitur Bacchus.

Πάρμη, parma. Carthaginenſibus eſt θυρεὸς ἀργυροῦς, fuit ſcuti genus breue.

Πάρνοψ, genus locuſtæ, ἀττέλαβος. Ariſt. in Ach. ὅπου τὸ χωρίον παρνόπων ἐμπίπλαται. Interp. εἶδος ἀκρίδων, aut κώνωπας ait. Idẽ ſuper his verbis in Auibus, ἐς τ' ἀγρὸν ἀνδράσιν μὲν ὥσπερ παρνόπων. & Pauſ. pro multitudine culicum accepit, vel maleficorum volatilium ſegetes exedentium.

Παρὸ vel potius παρ' ὃ, τὸ παρ' ὅσον, quoniam, propter quod, quocirca. Ariſtot. ἀεὶ θαυμαςὸν ζῷον, αἴτιον γίνεται, παρὸ καὶ οἱ ἱερεῖς τῷ ἄδεσθαι τῷ χαλκῷ χρῶνται. Syneſius, παρὸ καὶ σεσῶσθαι δεῖ παραγγελλομένους, quare & ſeruatos eſſe. Παρ' ὃ, contra quam, extra quã Ciceroni. Χαίρει μὲν ὁ λογικὸς κατὰ φύσιν, ἀπολαύσει δὲ ὁ αὐτὸς παρ' ὃ πέφυκε, id eſt, ἔξω ὃ πέφυκε, contra quam natura comparatum eſt. Παρ' ὃ, præterquam quòd, niſi quòd, niſi quatenus, & cum eo quòd. Παρ' ὃ δεῖ, ſupra modum. Plutar. θαυμαςὸν καὶ παρ' ὃ δεῖ λέγειν ὁ ἄνθρωπος, ὁ κατηφορητικός.

Παροδία, ἡ, παρόλκησις, Suid.

Παροδεύω, μ. εύσω, π. ευκα, pro tranſeo, prætereo, prætergredior, penetro, ambulo. παροδεύσας τὴν πόλιν, per vrbem ambulans.

Παροδικὸν, τὸ, chori pars prima apud Tragicos dicitur vbi cauſa redditur cur adſit chorus: q. præſentialem aut ingreſſorium dicas, Æſchyli interp.

Παροδικὸς, οῦ, ὁ, q tranſitorius. Et παροδικὸν μέλος, quod in medium prodeuntes canebant. παροδικὰ μέλη, Interp. Ariſtoph. vbi tamen παροδικά.

Παρόδιος, ου, ὁ, qui viam reſpicit.

Παροδίτης, ου, ὁ, viator, penultima longa, libro tertio Epigrammat. ὦ παροδῖτα, &c. Fœminin. παροδῖτις. vnde παροδῖτις ἀηδὼν, libro primo Epigramm. luſcinia quæ ſecus viam eſt, aut in via.

Πάροδος, ου, ἡ, tranſitus, aditus, ἄφιξις, εἴσοδος, διάβασις, via quæ eſt in mœnibus, ingreſſus, orbita, diuerticulum. δοῦναι πάροδον ἐπὶ τὴν ψυχὴν, præbere aditum in pectus: ſic Chryſoſtom. ἐν παρόδῳ θεωρῶ parum diligenter conſydero. Ariſtotel. lib. 1. de

genere

generat. τὸ ἐκ παρόδου προσειπεῖν, per tranſennā, obiterque contemplantibus, id eſt, ἐκ παρέργου. ἐκ παρόδου προσκυνεῖν, per tranſitum adorare, id eſt, ἐν παρέργῳ. ἐν παρόδῳ, in tranſitu, obiter & velut ex paranoe, Thucyd. τῇ παρόδῳ, καὶ ἐκ τοῦ παρόντος, in tranſitu, obiter, author Græcus qui vertit Raſim de peſte. Πάροδος, introitus ad eſt, torſ. ... Pollux. Πάροδος in ſcenicis dicitur chori ingreſſus, ἡ εἴσοδος τοῦ χοροῦ. duplex erat, vel à dextris, vel à ſiniſtris. Πάροδος, item pro oſtentatione ad populum ſeu quæ fit publicitus, in Epig.

Παροίγνυμι & ύω, parùm aperio, ... enim in hoc verbo minuit, ut in παραμικρός, παρεμφαίνω. Latinè adaperio dicitur nam & ad interdum ... oſtendit. Ariſtophanes in Pace, ... τὰς παροίξας τὰς θύρας, ... interp. ... θύρας ... αὐτὸ.

Παροιδαίνειν, eſt ad latus intumeſcere, vt tonſillæ cum turgent, atque vtramque partes intumeſcunt: dixitque Pollux τὰ παρίσθμια παροιδαίνειν.

Πάροιθε &

Πάροιθεν, antè, contrà, coràm, propè, antè, ἔμπροσθεν, in parte anteriore, in conſpectu, Genitiu. Iliad. ε, τοὶ ἐκ πάροιθ' αὐτοῖο καθῆστο. Apollonius ſecundo Argonautic. θῆκε πάροιθε ποδῶν, ante pedes.

Παροίκεια, incolatus. vide Πάροικος.

Παροικέω, ῶ, ήσω, ὤκηκα, habito tanquam peregrinus, aduena ſum, iuxta habito, accolo, ſum accola, ſum proximus, ſum vicinus, Neutr. Datiu. παροικεῖ μοι πόλις, vicina eſt mihi ciuitas. vide Πάροικος.

Παροίκησις, vicinia, habitatio propinqua.

Παροικία, ας, ἡ, παροίκησις, incolatus, quaſi accolatus dicitur. vide in dictione Curia, apud Budæum in epiſt. ἐν τῇ παροικίᾳ, quum eſſent incolæ ... item, eccleſia, Can. 18. Concil. Ancyrani. vide Πάροικος.

Παροικίζω, ίσω, ικα, ad habitandum iuxta admoueo, in Epigrammatibus.

Παροικοδομέω, ῶ, iuxtà ædifico, iuxtà extruo, ... Budæus in epiſtol. ... παρῳκοδόμηκεν ἡμῖν τεῖχος, murum iuxta nos extruxerunt, Thucyd.

Παροικοδόμημα, τὸ, ſtructura alterius vicina.

Πάροικος, ου, ὁ, accola: & parœci hinc dicuntur qui fanum aliquod accolunt. vnde & parœcia ἡ παροικία, curia, & vicinæ conuentus, accolarum coitio & congregatio: hoc parochiam dicunt abſurdè. Πάροικος etiam dicitur qui non ciuis, ſed peregrinus & incola, ξένος καὶ παρεπίδημος, μέτοικος, vt aduena eſt προσήλυτος Feſto. Incola verò eſt, vt ait Pompon. qui aliquam in regionem domicilium ſuum contulit: quem Græci πάροικον appellant: nec tantùm hi qui in oppido morantur, incolæ ſunt: ſed etiam qui alicuius in oppidi finibus ita agrum habent, vt in eum ſe quaſi in aliquam ſedem recipiant. l. 239. §. 2. D. de verb. ſign. Nazanzen. in Orat. ὁ πάντες ἐσμὲν ξένοι καὶ πάροικοι. Sic peregrinum & incolam coniungit Cicero Offic. 1. vbi, Peregrini autem atque incolæ officium eſt, nihil præter ſuum negotium agere, nihil de alieno inquirere, minimeque eſſe in aliena Repub. curioſum. Idem 2. de Nat. Deor. incolam & habitatorem coniunxit, vt velut contrà ciuem diſtingueret. Sic Apoſtol. ad Epheſios capite ſecundo, ἄρα οὖν οὐκέτι ἐστὲ ξένοι καὶ πάροικοι, ἀλλὰ συμπολῖται τῶν ἁγίων καὶ οἰκεῖοι τοῦ Θεοῦ, id eſt, Quare non eſtis vtique amplius peregrini & incolæ, ſed ſanctorum ciues & Dei domeſtici. Interpres tamen ita reddidit, Nempe igitur iam non eſtis hoſpites & inquilini, ſed conciues ſanctorum, ac domeſtici Dei. Sed lata eſt differentia inter incolam (qui ciuis non eſt) & inquilinum qui etiam ciuis eſſe poteſt: ob idque apud Salluſtium Catilina ſe patritium hominem eſſe ait, M. Tullium verò inquilinum ciuem vrbi Romæ. Tantùm enim inquilinus is eſſe dicitur, qui in vrbe domum alienam mercede conductam incolit. Appianus libro ſecundo belli ciuilis, ἐγκαλῶν, ὁ ἰσχὺς ... ἐν ἀλλοτρίαις οἰκίαις. Et propriè Inquilinus dicebatur qui ſolus in ædibus conductitiis habitabat, non autem cum domino, vel eo qui habitandi ius habet. Itaque cum Labeo dixiſſet, vſuarium ædium, qui modo ipſe habitaret, poſſe inquilinum quoque recipere, Proculus eum notauit, quòd non bellè Inquilinus dicatur, qui cum eo habitat: ait Vlpianus libro ſecundo & quarto D. de vſu & habit. Inquilinus tamen aliquando ἀντὶ τοῦ συνοικοῦντος ſiue σύνοικος, quaſi cohabitator ſumitur, vt apud Martial. libro primo, Vicinus Nouio vel inquilinus ſit, ſi quis Nouium videre non vult. Sicque accipitur interdum πάροικος, vt Leuitici capite 22. πάροικος ἱερέως, ἢ μισθωτὸς, οὐ φάγεται ἅγια. Sic πάροικος erit σύνοικος, id eſt, inquilinus in ſecundo ſignificatu, erit & accola & incola. Eſtque accola qui ad locum ſiue iuxta habitat in ſuo ſiue in alieno: incola qui in loco nec proprio ſed alieno. Eandemque ſignificationem habent τὰ ἀπὸ τούτου dicta, vt παροικεῖν, παροικία, id eſt, incolatus: qua voce vtitur ita Modeſt. libro 34. ff. de mu. & hon. Incola iam muneribus publicis deſtinatus, niſi perfecto munere, incolatui renunciare non poteſt. Ac vt κατοικία ſignificat habitationem ſtabilem & perpetuam: ſic παροικία temporariam, vt incolarum atque inquilinorum. In 1. epiſtol. Petri capite 1, παροικίας commorationem Interpres expoſuit. Gregorius, περὶ φιλοπτωχίας, τί ἡ συνάφεια αὕτη καὶ τὸ φαινόμενον, ... ἀλλὰ ... τί τὴν ἄνω πόλιν, τίς παροικίας καὶ κατοικίας; Idem in fratris epitaphio verbo ita vſus eſt, ... παροικοῦντες καὶ κατοικοῦντες ἐν χωρίοις, id eſt, dum incolæ ſumus in hac vita, & cum cœli ciues erimus: cùm adhuc ſuperſtites ad tempus hæc loca incolimus atque habitamus, & cùm è vita migrauerimus ad æternum domicilium.

Παροιμία, ας, ἡ, prouerbium, id eſt, oratio vulgata allegorica ſiue alludens atque innuens, οἴμη quod non modò viam ſed & verbum ſignificat: vt ſit παροιμία, præter vel iuxtà primum verbum, & ab eius ſenſu, alterum & verbum & ſenſus alter. Nā quæ ab aliis traditur etymologia & definitio falſa eſt: vt rectè conuicit vir doctiſſimus Iul. Cæſar Scaliger Poetices lib. tertio, capite 84. Quintilianus περὶ αὐτῆς loquens libro quinto, capite vndecimo. Cui confine eſt, inquit, παροιμίας genus illud quod eſt veluti fabella breuior, & per allegoriam accipitur, Non noſtrum, inquit, onus: hoc clitellas. Sophocl. ἔστ' ἀληθὴς ἡ βροτῶν παροιμία, ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, id eſt, verum eſt hominum prouerbium, &c. Ioan. capite 16. Euangel. παροιμίαν parabolæ loco videtur vſurpaſſe, quòd pleráque prouerbia metaphoram habent admixtam. ... παροιμίας ..., vt inquit interp. Ariſtoph. Heſych. cum ſuis ſectatoribus vult παροιμίας eſſe παρὰ τὸ οἶμος, i. ὁδὸς, quaſi παροδίας.

Παροιμιάζομαι, ſum in prouerbio, prouerbiis vtor, res in prouerbium duco. παροιμιάζομαι τὸν θεὸν, Plato de Legib. prouerbio de Deo loquor. παροιμιάζεσθαι ... διὰ τὴν πικρότητα κόρχορος, Corchorus ob amaritudinem in prouerbio eſt Theophraſt. libro ſeptimo, capite ſeptimo hiſtor. plantar. παροιμιάζεται ..., in prouerbio eſt, ... Bud. in epiſt. prior.

Παροιμιακός, ὁ, ὁ, παροιμιώδης, prouerbialis. παροιμιακὸν, prouerbiale, in Epigrammat. παροιμιακὸν μέτρον, interp. Ariſtoph. in Nebul. ... παροιμιακόν. tres pedes habet & ſyllabam.

Παροιμιογράφος, ου, ὁ, parœmiarum ſcriptor.

Παροιμιολογεῖν, prouerbia colligere ſeu interpretari Bud. in epiſto. ad Eraſm. ... τὸ παροιμιολογεῖν.

Παροιμιώδης, ους, ὁ, prouerbialis. παροιμιώδης λόγος νῦν γέγονε, id in prouerbium abiit, ſententia prouerbio trita, Plutarchus in Camillo.

Παροίμιος, qui iuxta ſeu propter viam eſt, vt πάροδος, Heſych. γείτων. i. vicinus.

Παροιμιάζοντες, declinantes à via. Heſych. ἐκτρέποντες τῆς ὁδοῦ.

Παροινέομαι, μ. ήσομαι, ημαι, contumelioſus ex nimia vini petulantia in aliquem ſum, debacchor. Lucianus, ἱκανά σοι πεπαρῴνηται περὶ ἡμᾶς, ſatis vt opinor, debacchatus es in nos. Accipitur & Paſſiuè. Diogen. ... πεπαρῴνηται, id eſt, à temulentis pulſata eſt, ſuggillata. vnde & ἐμπεπαρῳνημένος, qui iniuriā paſſus eſt. ... εἰς τὸ σῶμα ... ὑφ' ὑμῶν, Phalar. cuius corpore ſinguli veſtrum turpiter abuſi ſunt. Et παρῳνημένη γυνή, Demoſt. mulier ſuper conuiuium contumeliam paſſa.

Παροινιάζω, μ. ιάσω, ακα, debacchor.

Παροινία, ας, ἡ, debacchatio, contumelia vel iniuria, vel petulantia in ebrietate admiſſa, vinolentia, ſuper menſam & vinum petulantia, indignitas negotij. Lucianus, καὶ γὰρ ἡ παροινία τοῦ καθάρματος τούτου δεινή, id eſt, huius ſuper menſam & vinum petulantia. Epictetus, τὸ μὴ ... παροινίαν.

Παροινικός, laſciuus, contumelioſus, πάροινος: vnde παροινικώτατος, Ariſtoph.

Παροίνιον, τὸ, conuitium, temerè ac ſtultè dictum, velut inter pocula.

Πάροινος, μέθυσος ἢ ὑβριστής. Ariſtoph in Acharn. Οὐδέποτ' ἐγὼ τὸν πόλεμον οἴκαδ' ὑποδέξομαι, Οὐδὲ παρ' ἐμοί ποτε τὸν ἁρμόδιον ᾄσεται Ξυγκατακλινείς, ὅτι πάροινος ἀνὴρ ἔφυ, poſt vinum petulans & iniurioſus, ... πάροινα & πάροινος ἔρχεται.

Πάροινος, ὁ, vinolentus, vino debacchatus.

Πάροιος, ου, ὁ, manſuetus, Heſych. πρᾶος. & παροίτερον, eidem ſunt ἐμπρόσθεν, πρότερον: pro quo infra παροίτατοι.

Παροιστρεῖν, ſeu παροιστρᾶν, errare, inſanire, irritare, ..., Heſych. ...

Παροίτατος, primus, vetuſtiſſimus, antiquiſſimus. Apollonius libro ſecundo Argonautic. ... παροίτατος, primus. fit autem à πάρος.

Παροίτερον, prius, Apollonius Rhod. & τὸ πάροιθεν, pro eodem, apud eundem.

Παροίτερος, prior, vlterior, vetuſtior. Aratus, ὀλίγον δ᾽ ἀφοίτερος ἢ τι μάλα χαλῶν, aliquantum anterior. & Appian. libro quarto, ἵνα τι δὴ τις πορὸ μᾶλλον παροιτέρα ἐκείνου ναὸς, id eſt, ſita ante: ita vt vſurpetur & vox etiam in loci ſignificatione. Et παροίτεροι, ante tranſeuntes.

Παροιτέρω, vlterius. Apollonius ſecundo Argonautic. καὶ δή μιν μακρὸν τῆς δ᾽ ἀφοιτέρω ἐξήλασαν, vbi in codice manu ſcripto habetur ἀφοιτέρω.

Παροίχομαι, prætereo. Depon. τὰ παρῳχημένα, præterita, Phocylid. μετὰ παρῳχημένην νύκτα τέρψιν τινα ὄντα, ἐν τῇ παρῳχημένῃ νυκτὶ, in proxima nocte, in ſuperiori nocte.

Παρῴχηκει, præterierat, Herodot.

Παροκλάζειν, genu flectere γονυπετεῖν, Heſych. idem quod μετοκλάζειν.

Παρολίγον, pene, quaſi, παρ᾽ ὀλίγον, vel παρ᾽ ὀλίγον, & opponitur τῷ παρὰ πολὺ. Plato in Apolog. οὐ γὰρ ᾤμην οὕτως ὅτι παρ᾽ ὀλίγον ἔσεσθαι, ἀλλὰ παρὰ πολύ, neque enim exiſtimabam adeò iam parum ab fore, ſed multum vel pluſculum abfuturum. παρ᾽ ὀλίγον ἐλθεῖν ἀπολέσθαι, idem in epiſtol. παρ᾽ ὀλίγον ἀπέφυγες ὄλεθρον, i. propemodum periiſti, parum abfuit quin perires, Euripi. παρ᾽ ὀλίγον ἦλθεν ἐς αὐτὸν ἀπὸ θανάτου, Phalar. in epiſt. parum à morte abfui. μιᾷ δὲ παρ᾽ ὀλίγον τῷ πλημμελεῖν, Gaza de menſibus.

Παρολισθαίνω, delabor, labori inſiſtere nequeo, vt ſæpe ſenes videntur. εἰ παρολισθοῖ, ſi prolapſus fuerit, ſi paulum aberret, Lucian. παρολισθοῦσαι εἰς τὰ ἔντερα, prolapſum ad inteſtina, Dioſc. libro 6. cap. 12. exponitur enim lubricè aberrare & lubricè in latus detorqueri.

Παρολκὴ, ῆς, ἡ, mora, dilatio, deflexio.

Παρόλκος, funis nauticus, interp. Thucyd. hoc fune trahitur nauis ad terram, quum remis non ſit locus.

Παρομαρτέω, comitor, ſubſequor, comitem me præbeo, aſſequor. παρομαρτεῖν, aſſectari. vnde συμπαρομαρτεῖν, Nazanzenus in Orat. 4.

Παρομοιάζω, apud Pachymerium, aſſimilo, ὅμοιον ποιῶ, παρεικάζω. In Euangel. Matth. capite 23. ὅτι παρομοιάζετε τάφοις κεκονιαμένοις, aſſimiles eſtis: vel vt Plin. aſſimilati eſtis ſepulchris dealbatis. vbi παρομοιάζειν ſcribendum puto. Sunt enim in άζω verba actiua. Ac in hac compoſitione παρὰ, vt ad in adſimilo, ἐλάττωσιν ſignificat: cuius præcipuus vſus, vbi res natura diſſitæ, tamen conferuntur: vt minuendo vitetur abſurditas.

Παρόμοιον, τὸ, aſſimile, παρ᾽ ὀλίγον ὅμοιον καὶ παραφερές. Eſt & figura vel potius vitium orationis, quum ab eiſdem literis diuerſa verba ſumuntur: vt, O Tite, tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti. apud Terentium in Eunucho, Thr. vbi alijs S. qui, malùm, alijs Solus Sannio ſeruat domum. vide in dictione Παρονομασία. Euidentius hæc apud Græcos, à quibus hęc primùm notata ſunt, licet videre. Lupus vix hanc ab ὁμοιοπτώτου & ὁμοιοτελεύτου diſtinguit.

Παρόμοιος, ος, ὁ, aſſimilis. παρὰ hic diminutionem denotat, hoc eſt, παρ᾽ ὀλίγον ὅμοιος. Dioſc. l. 3. cap. 127. τῇ παρομοίῳ ἀψινθίῳ, herba non diſſimilis abſinthio.

Παρομοιόω, vt ὁμοιόω, ad ſimilitudinem accedere, aſſimilari, παρομοίωσις, Pollux.

Παρομοίωσις, i. ſimilitudinis vicinitas. Eſt & figura in qua eſt ſimilitudo extremarum partium membrorum, i. initij ac finis: vt παρίσωσις membrorum æqualitatem continet, ac propè numero pares ſyllabas. Demetrius παρομοίωσιν genus eſſe vult: ἰσόκωλα autem partem formamque ipſius appellat: παρομοίωσιν & complecti & ὁμοιοπτωτα, & ὁμοιοτέλευτα. Ariſt. 3. Rhetor. de his abundè docuit appoſuitque exempla.

Παρομολογία, ας, ἡ, confeſſio. Quintilianus libro nono, capite tertio. Figura eſt quum aliquot res aduerſario concedimus, deinde aliquid inferimus, quod aut maius ſit quàm ſuperiora, aut etiam omnia quæ poſuimus infirmet, Rufin.

Παρὸν, ὄντος, ὁ, præſens, quod adeſt, promptum, præſens conditio, præſens temporis conditio. τὸ παρὸν, nunc, & res de qua agitur, Plato de Legib. in præſentia, Phalar. in epiſtol. τὰ παρόντα βέλτιον, Xenoph. in OEconom. melius quàm quod adeſt. τῷ παρόντι χρῆσθαι τῷ ἀγαθῷ, vtere bono dum adſit. τῷ παρόντι χρῆσθαι δεῖ, quod naturaliter inſitum eſt nobis, eo vti nos decet, Gaza de Seneſt. τίθεσθαι τὸ παρὸν. vide Τίθημι. ἀπὸ τοῦ παρόντος, in præſentia. ἐν τῷ παρόντι, in præſenti, in præſentia, id eſt, ἐν τῷ παραυτίκα, è veſtigio. ἐν τῷ παρόντι, ἐν τῷ παρόντι καιρῷ, nunc, in hoc tempore, prout temporis conditio fert ſeu vitæ, Thucydid. & Iſocrat. vide Bud. in dictione in præſentiarum, in epiſtol. ἐν τῷ παρόντι. tunc, de præterito, τῷ τότε καιρῷ. Ariſtotel. in Rhetor. εἰς τὸ παρὸν, Demoſth. nunc. πρὸς τὸ παρὸν, in præſentia, Phalaris. πρὸς τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ, in præſens non videtur, Paulus capite duodecimo ad Hebræos: Sic Iſocrat. τὸ πρὸς τὸ παρὸν εὐπορεῖν, præſens commoditas. Item ex præſenti conditione, Thucydid. τὰ παρόντα, quæ adſunt, præſens rerū ſtatus. τῶν παρόντων ἀπολαύειν, Ariſtophan. optimè pro præſenti copia. ἀπὸ τῶν παρόντων, ex præſenti rerum ſide, Thucydid. Dicitur & pro eodem ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων. ἐκ τῶν παρόντων, pro re nata, id eſt, prout occaſio fert, ex præſenti copia, ex conditione præſentium temporum, id eſt, ἐκ τῶν δυνατῶν: ſic interpres Thucydid. εἰς τὸ παρὸν, ad præſens, in præſens, Galen. ad Glaucon. πρὸς τὸ παρὸν, Thucyd. ad præſentes viſus.

Παρὸν, vt ἐξὸν, abſolut. pro παρόντος, quum liceret, quum adſit facultas. Plutarch. in Fabio. ὁ Ἀννίβας ἐκ τῶν παρόντων χωρίων, παρὸν, ὡς λάβοι ἐπὶ τοὺς λόφους, Annibal quum eſſet tumuli occupandi facultas oblata, eum occupare noluit. παρὸν τὸ αὐτὸ ἔχειν, dum tempus adeſt idem faciendi, Thucydid. παρὸν αὐτοῖς συμμαχεῖν, quum eis liceret, Demoſt. vide ſuprà in Πάρειμι.

Παρονομάζειν, agnominare, appellare, nomine ad aliud nomen alludentes, alludere ad nomen.

Παρονομασία, vocum colluſio, figura quæ & παρήχησις dicitur, cùm eodem verbo quaſi contraria augentur. Dicitur à Cicer. ac tio de Orat. paulùm immutatum verbum atque deflexum. Terent. in Andr. Inceptio eſt amentium non amantium. vbi interpr. Amabant veteres de proximo ſimilia dicere, vt Cicero, Minus charum putauit fore de armario, quam quod de ſacrario fuiſſet ablatum. Et quidem in verbis παρήχησις dicitur, in nominibus παρονομασία. Παρονομασία autem dicitur non παρωνυμία, ſicut ἀντωνομασία, de hac Quint. l. 9. c. 3. vide παρηγμένα.

Παροξίζω, quod alij per υ ſcribunt, i. in acorem vergo, in acetum degenero, acceo vel aceſco. Dioſc. l. 1. de balſamo, τὸ ἐμφ.... παροξίζον.

Παροξύνομαι, ſum animo exacerbato, θυμοῦμαι, ægrè fero, excandeſco, incitor. διὰ τρίτης παροξύνεται, tertio quoque die accedit, hoc eſt, laceſſit, ſæuit, ingraueſcit, Galenus libro primo ad Glaucon. Iſocr. βουλεύεσθαι παροξυνθεὶς, conſilium habere impulſus fueris. παροξυνθεὶς ἐς τὴν πόλιν δι᾽ ὀργῆς, ira concitatus in ciues, Plut. in Themiſt.

Παροξυντικὸς, οὐ, ὁ, exacerbatus, quaſi irritatiuus, incitatiuus, acutus, velox. παροξυντικοὶ εἰς τὸ ἀνδρεῖον, Xenoph. Plutarch. in Opuſcul. ἀεὶ ἀρχικὸς καὶ πάντα παροξυντικὸς, ὅτι ... θυμοῖ ...γυναικῶν, &c.

Παροξύνω, μ. υνῶ, π. υγκα, exacuo, irrito, concito, excito, exacerbo, laceſſo, prouoco, exaſpero, commoueo, Actiu. Accuſat. παροξύνει τὸ πολιτικὸν αὐτόν, ciues in eum concitat, Plutarch. in Themiſtocl. παροξύνει στρατηγὸν ἐπὶ τὸ μάχην, ad pugnam ducem incendit. Idem ibidem. ... παροξύνει, i. impetunt, Gal. l. 1. ad Glauc.

Παροξυσμὸς, οὐ, ὁ, irritatio, incitatio, acris diſceptatio, excandeſcentia, prouocatio, extimulatio, capite 10. ad Hebr. in bonam partem capitur: Lucæ in Actis in malam partem pro excandeſcentia. Actorum capite 15. ἐγένετο οὖν παροξυσμὸς, ὥστε ἀποχωρισθῆναι αὐτοὺς ἀπ᾽ ἀλλήλων, tanta fuit animorum irritatio, vt alter ab altero abſcederet. Παροξυσμὸς pro acceſſione febris ſiue acceſſu Plin. Galenus libro primo ad Glaucon. ἀλλὰ (inquit) τῶν μὲν ἄλλων τὰς ἐπὶ ... παροξυσμοὺς ... τὴν ... Idem Galen. aliquando παροξυσμὸν vocat ..., ... Aphr. l. 1. Probl. ... παροξυσμὸν ....

Παροξύτονος, ος, ὁ, dictio habens acutum in penult.

Παροπλίδιον, pugio, gladiolus. Heſych. qui & παραπλίδιον affert pro ſpecie quadam peræ, ſed tunc erit pro παραψίδιον.

Παροπλίζομαι, exarmor Plin. Secund. eſt & dearmatus exercitus apud Liuiū. παρωπλισμένος. Plut. tranſlatè dixit in Catone Vticenſi, καλλίστης χρείας ... παροπλίζομαι.

Παρόπτεος, deſpiciendus, negligendus.

Παροπτήσις, ὁ, quadallario, euocatio ſudoris ad ignem vel prunas in Laconico eliciti. fiebat & in feruefactis pellibus, atque in arena. vide Cæl. Aurel.

Παρόρασις, ἡ, obliquus aſpectus vt ſtrabonum, hallucinatio. vbi παρὰ vitium ſignificat vt in παρακούω, in quo vide exempla. Item, contemptus, deſpectus, Naz. pro pœnitētia videtur accipi apud Simpl. Interp. Epict.

Παρόραμα, τος, ὁ, deſpectio, contemptus.

Παροράω, μ. παρόψομαι, π. παρεώρακα, peperam video, perſpicio, vt παρορῶ ἐμφανῆ, hallucinor in re manifeſta, Plutarch. lib. περὶ ἀγνοίας, παρ᾽ ἃ ... hallucinaris in quibuſdam reb. noſtris dijudicandis. Ariſtotel. de Inſomniis, ... παροράν ... Hippia minore, ... Item, deſpicio, negligo, aſpernor, contemno, diſſimulo, tranſmitto oculis, ... Demoſthen. Actiu. Accuſatiu. iungitur. vt ... apud Ariſtot. Aub. ... interp. παρεωρακὼς, ἢ ὀλιγώρει.

Παροργίζομαι, irritor, moueor ad iracundiam.

Παροργισμα, &

Παροργισμὸς, οὐ, ὁ, irritatio animorum Liu. iracundia, quæ ira eſt

eſt vitioſa: ob id ita præcipit Apoſtolus 4. ad Epheſ. ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν, ſol ne occidat ſuper iracundiam veſtram. Nam παρὰ in hac compoſitione vitium notat, vt in παράνευσμα, παρέρευς: Nec omnis ira prohibita eſt.

Παρόρειος, ad latera montis ſitus, vel propè montem ſitus. Suid.

Παρορίζω, fines meos egredior alienum agrum vſurpando.

Παροριστὴς, οῦ, ὁ, qui longè latéque vagatur, & qui in proferendis, propagandíſque finibus, ditionis, aut agri, damnum dat, Ammian. lib. 2. Epigr.

Παρορκεῖν, peierare, παρασπονδεῖν. Appian. καὶ ἐπέδειξεν αὐτὸν βεβαίως παρωρκηκότα.

Παρορμάω, μ. ήσω, π. ηκα, concito, incito, hortor, ἐγείρω, παρακαλέω, Actiu. Accuſ. παρορμῶν δὲ ἄνδρας ὁπλίσας ἐπὶ τοὺς βαρβάρους μετ᾽ αὐτῶν, viris ad manus conferendas aduerſus Barbaros animos dederunt, Plutarchus in Camillo. τοῦ μὲν παρορμήσαντος πρὸς τὴν βασιλείαν, qui regem ad regnum ſuſcipiendum induxit, Idem in Numa.

Παρορμεῖν, eſt iuxta ſtationem habere litus circundante claſſe. Plutarch. de Sexti Pompeij cum Octauio congreſſu, Πομπηΐου μὲν, τοῦ στόλου παρορμοῦντος.

Παρόρμησις, εως, ἡ, concitatio.

Παρορμητικὸς, qui incitat, aut incitandi vim habet. παρορμητικὸς ἀφροδισίων, venerem incendens, Dioſcorid. lib. tertio, cap. 137. πρὸς γάμον παρορμητικὸς, alliciens ad nuptias, Plutarchus in Lycurgo.

Παρορύσσω, fodio. παρορύττω τάφρον, foſſam duco.

Παρορχεῖσθαι fabulam dicit Lucian. præter argumentum repræſentare.

Παρόρατος, qui contemnitur.

Πάρος, aduerb. loci aut temporis, anteà, ἔμπροσθεν, prius, πρότερον, quôdam, ante, antehac, ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ, poeticè priore breui. πάρος τάδε ἔργα γενέσθαι, id eſt, πρὶν, priuſquam hæc opera fierent, Homer. Iliad. ſic Apollon. Rhod. πάρος ἣν γαῖαν ἱκέσθαι, priuſquam in patriam rediret, Homer. Odyſſ. 1. ὡς τὸ πάρος περ, vt antea, Idem ibidem. τὰ πάρος, id eſt, præterita. Sophocl. [illegible]. Idem cum Genit. pro πλησίον, non longè à τεῖχος δωμάτων πάρος, prodi ante ædes.

Παρ᾽ ὅσον, id eſt, ἐπὶ πολὺ, Suidas. ſed videtur ſignificare præterquã quòd apud Lucianum. Πάρ᾽ ὅσον, quatenus. Lucianus, [illegible]. Plutarc. παρ᾽ ὅσον [illegible], niſi quatenus, niſi pro eo quantum eſt. Phalaris in Epiſtol. [illegible], quippe qui veriti ſimus rem quęrere quę tibi obiiciebatur. Significat etiã quoniam & propterea quòd, vt Latinè quatenus. Idem, [illegible]. Sic quatenus apud Quintil. libro 4. & 6. Sic etiam reſpondẽt τῷ παρὰ τοσοῦτον: Gregor. [illegible], parùm eſt vt non à nobis conculcari, niſi quatenus abhorremus attingere.

Παρ᾽ ὅ, τι ἕκαστον πεπλάνηται, quatenus ſingula ſunt bãrbarè enunciata. Lucian.

Παροτρύνω, μ. υνῶ, π. υγκα, extimulo, adhortor, Actiu. Accuſ. iungitur.

Παρ᾽ οὐδὲν, idem quod παρὰ μικρὸν, ὀλίγου δεῖν, propemodum, propè Terent. parum abeſt quin, vel, parum eſt vt non, vt loquitur Iauolenus Iuriſc. Cicero pro Cluentio, propius nihil factum eſt, quàm vt ille occideretur. Et in Tuſcul. Propius nihil abfuit. Æſchin. παρ᾽ οὐδὲν ἦλθον ἀποκτεῖναι, id eſt, nihil propius factũ eſt, quàm vt interficerent. Plut. in Politicis præcept. τὴν πόλιν παρ᾽ οὐδὲν ἐλθοῦσαν ἀπολέσθαι, [illegible], id eſt, propè perditam. Παρ᾽ οὐδὲν τίθεμαι, nihili facio, Eurip. παρ᾽ οὐδὲν τίθεσθαι τὴν ἡδονὴν λόγῳ δυνάμεθα, voluptatẽ aſpernari ratione poſſum. Gaza de Senect. παρ᾽ οὐδὲν ἦν ταῦτα, horum nulla habetur ratio. παρ᾽ οὐδὲν τὸ βίου ποιεῖσθε, Sophocl nullam vitæ rationem habetis. παρ᾽ οὐδὲν οὕτως ὡς τὰ τοιαῦτα ποιεῖν, ἀπωλέσθαι, non tam vlla alia de cauſa quàm quòd talia faceret, &c. Demoſth. παρ᾽ οὐδὲν ἧττον, nihilo minus. παρ᾽ οὐδὲν ἦγε τοὺς ἄλλους, pro nihilo ducebat reliquos, Gaza.

Παρουλὶς, ίδος, ἡ, inflammatio circa partem aliquam gingiuarum, quæ non ſoluta ſuppuratur. Paulus Æginetа, παρουλὶς, ἐστὶ φλεγμονὴ περί τι μέρος τῶν οὔλων. cui verò ἐπουλὶς eſt ἀπὸ φλεγμονῆς ὑπερσάρκωσις τῶν ἐνόντων γόμφων, ἰδίᾳ ὅτι μετὰ πυρετοῦ καὶ ὀδυνῶν. apud Galen. lib. 5. κατὰ τόπους, eſt Timocratis dentifricium aduerſus παρουλίδας, vbi vitiosè παρωτίδας. Celſus lib. 6. cap. 13. Solent, inquit, etiam interdum iuxta dentes in gingiuis tubercula quędam oboriri dolentia, παρουλίδας Græci appellant. ibi tamen corruptè ſcriptum παρωτίδας.

Πάρουλος, criſpulus vt Martialis appellat leuiter criſpus reperitur apud Polluc.

Παρουσία, ας, ἡ, præſentia, aduentus, [illegible], Sophocl. Phalaris in Epiſtol. pro reditu: ἄφιξις, Eurip. πυρσὶ πολλοῖς καίοντας ἐσήμηνε τὴν ἑαυτοῦ παρουσίαν, per multos ignes ſuum aduentum ſignificauit, Plutarc. in Camillo. Matth. 24. καὶ τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας: ſignum tui aduentus, Sophocl. παρουσίαν ἔχει, pro παρεῖναι dixit in Aiace, id eſt, propè accedere. [illegible], Romanus quidam cum quodam hoſtium familiaritatem coniunxit, Plutarch. in Camillo. vbi tamen alij codices παρρησίαν habent. Gregorius vſus eſt pro comitatu, de Seruatore loquens, [illegible]. Παρουσία, pro οὐσία. Demoſt. in Orat. [illegible], pecuniarum vim præſentem atque abundantiam. Παρουσία, frequentia & τῶν παρόντων ἀφθονία. Plato in Phœdone, [illegible] παρουσίας.

Παροχέτευσις, humoris qui iam parti affectæ affixus eſt deriuatio & conuerſio ad proxima membra, qui ad contraria reuellitur, ἀντίσπασις appellatur: Galen. aliàs generalit. ſignificat deriuationem.

Παροχετεύω, μ. εύσω, π. ευκα, deriuo, conductum duco quò volo, Bud. in Epiſt. eſt & per alios canales deriuo præter eos, per quos deduci ſolebat. ſeu peruerſis & mutatis canalibus deduco. ὑφαιρεθὲν τὸ ὕδωρ καὶ παροχετευθέντα, qui ſubductã aquam aliò traduxit, Plutar. in Themiſt.

Παροχεύομαι, id eſt, cum alio conſuetudinem habeo, cũ alio coeo quam cum marito, furtiuam venerem exerceo cum alio, ἑτέρῳ συνουσιάζομαι. Ariſtot. hiſt. Anim. 9. cap. 7. de columbis, παροχεύοντα δὲ [illegible]. Παροχεύω autem eſt ineo præter, alterius fœminam præter meam ineo.

Παροχέω, ῶ, tranſueho, παροχοῦμαι, vide Πάροχος.

Παροχὴ, ῆς, ἡ, largitio, χορηγία, δώρημα, ſuppeditatio, q. præbitio, parochi munus, Baſil. in Epiſt. Et τὰς παροχὰς, præbenda publicè, vocat Gellius lib. 5. cap. 4. vide Πάροχος.

Παροχλίζω, tranſmoueo, μετακινῶ, Suid.

Παροχλῶ, infeſto.

Πάροχος, ου, ὁ, præbitor. Cicer. à παρέχω. Dicebantur hoc nomine ij, qui peregrinis ſalem & ligna præbebant, inquit Acron. Horat. Serm. 1. - & parochi qui debent ligna ſalémque. Hos Porphyrius copiarios à Latinis vocatos eſſe tradit, qui ſalem & ligna iis præſtabant, qui reipubl. cauſa peregrè ibant. Sub nomine autem harum ſpecierum omnia hoſpitibus neceſſaria intelligimus, vt idem Acron alibi ſentire videtur, libro 2. Serm. vbi Horatius πάροχον pro conuiuatore, hoc eſt, cõuiuij exhibitore poſuit, vertere pallor, Tum parochi faciẽ, vel ſic metuentis, vt acres Potores. Bud. in Annot. poſter. Dici poteſt & à παροχεῖσθαι. Nam (vt ſcribit Pauſan.) in Græcia moris fuit, vt in nuptiali curru tres duntaxat ſederent, & media ſponſa, à lateribus ſpõnſus, & quem vocant πάροχον, qui amicitia vel ſanguine eſſet coniũctus, cuique deferrent plurimum. paranymphus & auſpex dicitur. Ariſtop. Interp. vbi in Auibus legitur, [illegible] πάροχος γάμων. [illegible] σφίγξ. Interp. Ariſtop. in dictione Σφίγξ. Vnde authore Polluce dicebant παροχούμενος, pro πάροχος ἐσόμενος, ero nymphę aſſeſſor in curru. Πάροχος, Adiect. vt ἵππος πάροχος, equus qui curſus publici cauſa præbetur. Theodoret. [illegible].

Παροχοῦμαι, ſocius ſum & iuxtà vehor, &c.

Παροχούμενοι, vnà vecti. Lucian. [illegible], παροχούμενος, &c. vide Πάροχος.

Παροψάομαι, ῶμαι, præter panem veſcor.

Παρόψημα, τὸ, obſonium, condimentum. παροψήματα τῶν ἀμπέλων, vitium condimenta, Philoſtratus in Heroic. παροψήματα ἐκ σπερμάτων, ex leguminibus confecta pulmenta. Baſil. in Epiſtolis.

Παροψίδιον, ου, τὸ, vile obſonium quod in menſa apponitur vna cũ pane comedendum.

Παροψὶς, ίδος, ἡ, [illegible], Ariſtoph. Pollux. vas eſcarium, patina Eraſm. cap. 23. Matth. ſic dicitur etiam τὸ ὄψον [illegible], Phrynich. nam vt teſtatur Athen. lib. 8. apud multos authores accipitur [illegible] ſeu παροψήματος. item [illegible] & Pollux vſitatũ eſſe ſcribit [illegible]. Vſurpatur & à Latinis. Iuuen. quàm multa magnaque paropſide cœnat. apud Athen. lib. 9. non modò vas, ſed etiam παρόψημα, i. pulmentum ſignificat. Pollux lib. 10. tradit etiam iuris quoddam genus eſſe, vel mazæ, vel opſonij vilis, quod nunc παροψώνιον diceremus.

Παροψωνεῖν, clàm opſonia coemere. Ariſtoph. ἐν Ἐκκλησιαζ. [illegible], i. λάθρα ὀψωνεῖν. qua voce vſus etiã Cratinus apud Athen. 4.

Παρπεπιθὼν, arte pellicens, παραπείσας, [illegible], pro παραπεισάς, &c. [illegible], fallens.

Παρρέω, præterfluo, ſyncop. pro παραρρέω.

Παῤῥησία, ας, ἡ, libertas & loquendi audacia, ἄδεια, ſecuritas contraria aſſentationi, quaſi παντὸς ῥῆσις, ἡ διὰ λόγων περὶ παντὸς εἰπεῖν. Ammon. Cicero cum dixit in Tuſcul. de Socrate, Adhibuitque liberam contumaciam, à magnitudine animi ductam, non à ſuperbia, τῶν παῤῥησίαν intellexit, ipſúmque παῤῥησιαστικὸς loquutum eſſe Rutil. Lupus numerat eam inter figuras orationis. Item apud eum, à quo vertitur oratio libera, vel licentia ſecundum Cornificium. Vide Quintil. lib. 9. cap. 2. μετὰ παῤῥησίας, liberè cum fiducia. παῤῥησίᾳ λαλεῖν, loqui ingenuè, palàm, liberè. Marci cap. 8. καὶ παῤῥησίᾳ τὸν λόγον ἐλάλει, i. apertè, σαφῶς, ἀκριβῶς, vt Ioan. 7. οὐδεὶς μέντοι παῤῥησίᾳ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ. Iuſta bellum dat audaciam, Nazan. in Orat. 6. παῤῥησίαν διδόναι, Plato de Legib. libertatem dicendi concedere. Paulus ad Epheſ. cap. 3. ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν παῤῥησίαν καὶ προσαγωγήν, in quo licentiam & acceſſum habemus, vel libertatem & aditum. Eſt verò vocabulum medium: vt & libertas & licentia apud Latinos in vtrámque partem.

Παῤῥησιάζομαι, ἐπαῤῥησιασάμην, audacter & ingenuè planéque dico, ἐλευθεροστομῶ, apertè loquor. παῤῥησιάζομαι πρὸς σέ, Demoſth. παῤῥησιάζομαι ταῦτα πρὸς σέ, Lucian. hæc apud te liberè loquor. ἐπαῤῥησιασάμην, liberè dixi. Demoſth. & Plato de Legib. Et cum Accuſatiuo, παῤῥησιάζεσθαι τὴν ἀλήθειαν, veritatem liberè profitentes, Nazanzen. in Orat. 4. ἐπαῤῥησιάσατο, fortiter egit. Act. Apoſtol. 9. Iſocr. περὶ ὧν αἰσχύνομαι παῤῥησιάσασθαι, de quibus te pudeat apertè loqui. Iſocrates etiam in Buſir. ὥσπερ ἂν πρὸς ... ἐπαῤῥησιασάμην τοῖς ... Παῤῥησιάζομαι interdū Paſſiuè, vt apud ipſum Iſocrat. περὶ ... i. liberè atque ingenuè dicta.

Παῤῥησιαστής, οῦ, ὁ, qui loquendi libertate vtitur, liberior in loquendo. vnde Demochares Parrheſiaſtes appellatus eſt.

Παῤῥησιαστικός, vt eus libertate, παῤῥησιαστικῶς, minaces.

Παῤῥησιαστικώτερος, ὁ, liberior in loquendo.

Παῤῥυῶμεν, ἀντὶ τοῦ παραῤῥυῶμεν, pro παραῤῥυῶμεν, nequando perfluamus. ſic Eraſm. cap. 2. Epiſt. ad Hebr. Valla præterfluamus rectius transfert, i. diffluamus, pereamúſque Chryſoſtomo. Sūpta eſt metaphora ab aqua fluuiali quæ in ſuo alueo conſeruatur, perit verò atque corrumpitur ſi diffluxerit alueū prætergreſſa.

Παρυπεῖ pro παρυποῦ, Hom. Il.

Παρυγραίνειν, leuiter humectare. Athen. παρυγραίνει ...

Παρυγρος, ου, ὁ, leuiter, humidus, humens, ma ... idus.

Παρυδάτιος, α, ον, iuxta aquam poſitus, vel iuxta aquas natus aut ſatus.

Παρυδρος, aquaticus, vt τὸ πάρυδρον, iuxta aquas natum vel ſatum, vt ἔνυδρον, quod in aquis. Theoph.

Παρυπάρχω, πάρειμι, adſum, i. patrocinor, adiuuo, in Commētariis Euripidis.

Παρυπάτη, ης, ἡ, chorda quam parypaten Muſici vocant. vide Ariſtot. in Probl. ſect. 19. q. 3. Et ὑπάτη.

Παρυπατοειδής, ſpecies harmoniæ, Capel. lib. 9.

Παρ' ὑπόνοιαν, figura eſt quum quid dicitur præterquàm expectabamus, vt illud Ariſtoph. in Pluto, ...

Παρυπόστασις, minus eſt quàm ὑπόστασις. Dionyſius Theolog. ... ideo neq. propriam ſubſtantiam habet, ſed quodammodo ſubſiſtit.

Παρυπεσταλκέναι, emerſiſſe, eſſe, decepiſſe.

Παρυποψύχω, modicè & obiter refrigero, Dioſcor.

Παρυφαίνω, μετοχ., idem quod παρυφάω attexo, vt quum textor telæ alicui attexit fila aurea vel purpurea vnde παρυφαντὸς attextus, vt quum Poll. lib. 7. ... dicit fuiſſe quoddam ... veſtem candidam, cui cubitus purpureus attextus eſſet vel etiam prætextus. vt dicunt togam purpura prætextam atque adeo παρυφή, nominatur purpura veſti prætexta: Bud. verò παρυφαινόμενον interpretatur obtentum in hoc loco. Xenop. Pæd. 5. ... at ibi Philelphus παρυφαινόμενον ... vertit coruſcantium armorum.

Παρυφή, ῆς, ἡ, veſtium contextus, ὕφασμα, tela verſicolor, Raphael Regius in apo. Plutarchus. Πάρυφος, Eſt purpuræ attextæ diſtinctio in veſtibus. Et πάρυφοι dicuntur à Polluce οἱ ἐν ... : vnde dixit Poeta virgatis lucent ſagulis.

Παρυφίσταμαι, minus eſt quàm ὑφίσταμαι, id eſt, propemodum ſubſiſto, vel ferè, vt Interpr. Areopag. vel minus quàm ſubſiſtere, vt παρυφιστάμενος, vel obiter ſubſiſtere, vt παρυφίσταται. Baſilius in Hexaëmero de iis qui mundum coæternum Deo nequiſſimè poſuerunt: ... Παρυφίστασθαι τὸ κακόν ... vt παρυφίστασθαι ... vel ... Damaſcen. ... παρυφίστατο τῇ λεγομένῃ τὸ αὐτοῦ σχῆμα. Bud. autem exponit παρυφίσταμαι ſignificor, demonſtror, repræſentor, in hoc loco Apollonii gramm. ... παρυφιστάμενα ... σχημάτων τὸ λέγειν.

Παρυφος, ου, purpura ex virgæ veſti intextæ. vnde ἔμπαρυφος.

Παρφάμενος, ον, ὁ, decipiens dicendo, hortatus, perſuadens, παραμυθούμενος, παραινῶν.

Παρφάσθαι, παραφάναι, παραπείθεσθαι, ... Il. δ.

Πάρφασις, εως, ἡ, per ſyncopen pro παράφασις eſt autem παραίνεσις, admonitio, conſilium quod datur, adhortatio, conſolatio, deceptio, & deceptio quæ fit blandiloqua oratione Iliad. ξ. de ceſto Veneris, ... ἔνθ' ἔνι Πάρφασις, ἥ τ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων. eo loco exponit Euſtath. ... addens tamen poſſe intelligi vel ... vel ...

Παρφέρομαι, in Epigr. pro παραφέρομαι.

Παρῶ, παρίημι, ἀφίημι, ... : vt παρῶμεν, omittamus. παρῶμεν ... ſileamus prætereamus, Plato de Legibus. vide Παρίημι.

Παρώας ἵππους. Ariſtot. lib. 9. Animal. ... equi quos Partos vocant, qui ſunt coloris medij inter cinereum & rufum, Gaza: apud Heſych. oxytonos παρωᾶς dici teruntur ... παρὰ τὸ χρῶμα παρώ.

Παρῳδία, vide Παρῳδή.

Παρῳδή, ῆς, eſt canticum ad alterius imitationem modulatum. Quintilian. libro 9. cap. 2. παρῳδή, nomen ductum à canticis ad alterum ſimilitudines modulatis, quod abuſiuè etiam in verſificationis ac ſermonū imitatione ſeruatur. Athenæus libro 14. ex Ariſtoxeno, ... Dicitur & Παρῳδία, ... vbi huiuſmodi poetæ dicuntur παρῳδοί, qualis fuit Matron, & Euboeus Parius qui παρῳδιῶν quatuor libros reliquit. Παρῳδίαν, ait eſſe Cameratius qui alterius poetæ verſus iocosè in aliud argumentum transfert... ſic Suid. ... παρῳδίαν ... vt quædam apud Ariſtophanem ex Euripide. Dixerat hic in Alceſtide, χαίρεις ὁρῶν φῶς, πατέρα δ' οὐ χαίρειν δοκεῖς; Hoc tranſtulit in Nebulas Ariſtophan. ita, ... Et illud ex Aeolo Euripidis, Τί δ' αἰσχρὸν ἢν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ; Ariſtophan. in Ranis ita mutauit, Τί δ' αἰσχρόν, ἢν μὴ τοῖς θεωμένοις δοκῇ; Et rurſum Euripidæum illud ex Hippolyto, Τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν, Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν νομίζεται κάτω; Ariſtophanes in Ranis ita, Τὸ ζῆν δ' ἔστιν, ... Huiuſmodi & Homericæ παρῳδίαι frequentes in Athenæo, quem lege lib. decimoquinto, vbi de his tractat ex profeſſo. Παρῳδία etiam eſt aliter, quum in ſoluta oratione aſſumpta parte carminis, reliquum oratione proſa completur atque perficitur. Hermogenes in methodo περὶ δεινότητος. ... παρῳδίαν ... Hinc verbum παρῳδεῖν, παρῳδίας componere, id eſt canticum vel carmen ad alterius imitationem ſcribere. Euſtath. ... Laertius in Bione, ... Fiebant autem huiuſmodi poemata ἐπὶ τῷ γελοίῳ, i. comparandi riſus cauſa, vt author Athenæus in ... quare παρῳδεῖν pro irridere & χλευάζειν ponitur, Heſyc.

Παρῳδία, vide Παρῳδή.

Παρῳδικόν, τό, ... μέλος, interpr. Ariſtophan. Vide Χοραυλικόν.

Παρῳδός, parodiarum ſcriptor. Athen.

Παρῳδῶ, exagito, contumelioſè deſcribo, accino.

Παρωθέω, ῶ, & Παρωθοῦμαι, depello, extrudo, ſummoueo, Accuſatiuo. Gregor. de Baptiſm. ... Lucianus, παρωθοῦντες ... ad diuitum fores protrudentes depellentéſque alter alterum: in Dialogo ... Æſc. ... i. expellens domo, & à familiaritate ſummouens, ... quaſi cubito repellens, & auerſatus. Genit. Lucian. ... Plato lib. 5. de Repub pro ἀναβάλλομαι & ... poſuit, hoc eſt, in aliud tempus reiicere quod petitur. ...

Παρωκεανίτης, ὁ, litoralis, maritimus.

Παρωκεανῖται, qui habitant iuxta Oceanum.

Παρωλένια, τά, ... Et brachij interni tori atque muſculi, παρωλένια dicuntur & poetæ ... dicunt, vt Virg. ... quaſi dicas quæ ad brachia ſeu lacertos eſt, vicinam brachiis ſeu vlnis.

Παρώλεσ... Heſyc. ...

Παρωμίς, ίδος, ſuperhumerale, genus veſtimenti, cap. 28. Exod.

Παρὼν, ὄντος, præſens, qui intereſt vel interfuit, adueniens. παρὼν & ἀπὼν oppoſita. παρὼν τῷ ἀτυχοῦντι, Demoſth. παρὼν ἀπὸ ὑμῶν, vide apud Phauorinum. Ariſtophanes in Pluto, ποθεῖς τὸν οὐ παρόντα καὶ μάλιστα χαίρεις, abſentem deſideras. Idem Ariſtoph. ibid. ὅπως ἂν ἴσον ἕκαστος ἐν τῷ μέρει, ὑμῖν μετέχῃ τοῦ πλείονος μέρους. παρὼν εἰς ὑμᾶς, qui ad vos peruenit, Paulus cap. 1. ad Coloſ. οἱ παρόντες ἔργοις, qui adfuerunt rebus gerendis, Thucydid. παρόντες ἐς τὴν πόλιν, in vrbem appulſi, Idem. dicitur etiam ἐς τὴν πόλιν, inquit eius Interpres. παρόντες βασιλέως ταφαῖς, regis exequiis adſiſtentes, Plutarch. in Numa. παρόντες ταῖς μάχαις, ad pugnam accincti, Thucyd. παρόντα, præſens, τυχόντα. vnde Thucyd. καὶ αἰεὶ δ᾽ αὐτοῖς ὀλιγαρχία καὶ μὴ παρόντι ἐπικειμένη, i. ſtatui paucorum nedum præſenti ſemper infeſti, Valla. hoc eſt, καὶ εἰ μὴ τῇ τυχῇ, Interpres Græcus. παρούσῃ τῇ δυνάμει, præſentibus copiis, Thucydid. τῇ παρούσῃ διανοίᾳ, præſenti animo, i. qui aderat, Idem. ἐν παρούσῃ ἀπορίᾳ, in ipſa indigentia, Plato de Legib. τὰ παρόντα, quæ inſtant.

Παρὼν, ὄνος, ὁ, nauigij genus eſt, apud Suid. ὁ δὲ ἄλλας παρῶνας πεποιηκὼς, ἐν Σιδῶνι παρῶνας. ἀπὸ γὰρ Ῥοδίοις τῆς συμμαχίας.

Παρῴνησε, temulentus fuit, à παροινέω.

Παρωνομάσθη, cognominatus eſt, apud Plut. ἐκ τούτου σύμπας παρωνομάσθη: ſupra dixerat λίνιος σύμπας ἐκλήθη.

Παρωνυμία, ἡ, leuis immutatio, teſte Aquila, apud quem plura vide. Videtur autem eadem cum paronomaſia. hæc (inquit ille) figura ita ornat orationem in nomine aut in verbo interdum ſyllaba, nonnunquam litera immutata diuerſa ſignificet, vt ſi velis ſic enuntiare, Prætor iſte vel potius prædo ſociorum. alias. παρωνυμία eſt appellatio denominatiuè facta.

Παρωνύμιον, ου, τὸ, denominatio, Plut. in Numa, ἀπὸ δὲ Μαμέρκου Μαμερκίους, οἷς διὰ τοῦτο καὶ βασιλεῖς γενέσθαι παρωνύμιον, ὅθεν ἐκ βασιλέως, à Mamerco Mamercios, quibus ob id etiam reges cognomen fuiſſe. παρωνύμιον σωματικὸν, cognomen à corpore tractũ, Idem in Fabio. Chryſippus apud Athen. lib. 13. τὸν πρῶτον πωγωνοφόρον (Euſtath. citans eum locum legit πωγωνίαν.) παρωνύμιον ἔχειν κόρσην. vbi monet παρωνύμιον pro ἐπίκλην poſitum.

Παρώνυμος, in denominatione ſimilis, Plato de Leg. apud eundẽ pro eodem legitur ὁμώνυμος.

Παρώνυμον, ου, τὸ, denominatiuum, i. nomen ab alio nomine deriuatum: vt πλάτων, ἀπὸ τῆς πλατύτητος: φίλων, ἀπὸ τοῦ φιλεῖν. Dicitur & σύζυγον. παρωνύμων meminit Ariſtotel. in Antepædicam.

Παρωνύμως, quaſi denominatiuè. Ariſtotel. capite primo, libro 1. Prædic.

Παρωνυχία, ας, ἡ, καὶ παρωνυχὶς abſceſſus eſt qui ad radices vnguium coit. Latini reduuias vel redmuias vocant, vt Cicero, & Plin. Barbari panaricium. Paulus Ægineta lib. 3. ἡ παρωνυχία (ſic & ſcribitur) ἀπόστασίς ἐστι παρὰ τὴν ῥίζαν τοῦ ὄνυχος συνισταμένη. Eſt & herba παρωνυχία, quæ ita vocatur ἀπὸ τῆς ἰάσεως, ἰᾶται γὰρ παρωνυχίας, vt tradit Dioſcorides: depingit Matthiolus. Suidas & παρωνυχίδας dicit paronychias: vnde dicta ſit hæc herba.

Πάρωος, ſpecies quædam coloris πυῤῥοῦ in equis teſte Heſyc. vid. ſupra πάρωος.

Παρώπια idem Heſych. ex libro περὶ ἱπποτροφίας affert pro τὰ περὶ τοὺς ὀφθαλμούς. forſan παρώπια ſcribendum, vt παρὰ pro περὶ, vt eadem ſint quæ παρώπια. hoc eſt τὰ τοῖς τῶν ἵππων ὀφθαλμοῖς παρὰ τὸ ἔθος ὁρώμενα. intellige autem equorum pauidorũ qui ſubitis viſis exterrentur.

Παρωπόπληκτος, ὁ, attonitus, perculſus. Heſyc.

Παρώπια, τὰ, ocularia equorũ, coria quæ ambiunt oculos equorum. Pollux, καὶ παρώπια δὲ, τὰ παρὰ τοὺς ὦπας τῶν ἵππων περικείμενα, ἃ τινὲς καὶ θήλεια καλοῦσι. ſed legend. καὶ αἰθάλια: vocantur enim ita & ab Heſychio, quia aduerſus ſolem equorum oculos defendunt. Sic apud Dioſcorid. αἰθάλια, partes quædam herbarum dicuntur, velut ocularia, florem à ſolis iniuria munientia, quod non intellexerunt interpr. qui floſculum vertunt.

Παρωπίαι, αἱ, anguli oculorum interiores exterioréſque, qui & πηγαὶ, i. fontes dicuntur, quòd lachrymæ inde profluant. apud Pollucem παρωπίαι ſcript. ſuntque ſub temporibus canthi, vt πηγαὶ καὶ τὰ πρὸς τῇ ῥινί.

Παρωπὶς, ίδος, ἡ, eſt velut perſona mulierum, ἡ τῶν γυναικῶν περιοπὶς Polluci. vulgò cachenez.

Παρ᾽ ὥραν, intempeſtiuè apud Plutarchum, οἳ δὲ ζητοῦντες οὐχ εὗρον, ἦν γὰρ παρ᾽ ὥραν, quum id temporis non reperirentur.

Παρώρεια, vt ὑπώρεια, radices montium, apud Strabon. Polyb. in 2. hiſtor. in fine ſic appellat cinctum Alpium Italiam ambientium à Maſſilia vſque ad Adriaticum ſinum latus videlicet montium ſecundum aliquem locum porrectorum. Súntque ipſa iuga montium & promontoria παρώρεια: radices montis verò ὑπώρεια.

Παρωρείτης πὰν, in Epigr. ad montem poſitus Pan.

Πάρωρος, ὁ καὶ ἡ, intempeſtiuus. πάρωρος καρποτοκία, Theophr. de Cauſis lib. 3. cap. 19.

Παρωροφὶς, ίδος, ἡ, ora tecti. παρωροφὶς τετράπηχυς, quatuor cubitorũ per oras craſſitudo, Herodot. videtur eſſe prominentia tecti & ſubgrundij. apud Pollucem, τὸ δὲ μεταξὺ τοῦ ὀρόφου, καὶ τοῦ τοίχου, παρωροφίς.

Παρωσάσθαι, Nazanz. differre, reiicere in aliud tempus. Lucian. καὶ καταλήγειν χαίρειν σε, ὦ Ζεῦ, φρονοῦντι (ad Iouem loquens) ἀποῤῥίψαι παρωσάμενοι τὰς τιμὰς, deiicientes.

Παρωσὰς, dimittens. παρεκβαλὼν, excludens, Euripid. in Oreſte, παρώσαντες τὸ ἴσον, negligentes.

Παρῶσι, aduenerint, adfuerint.

Παρώτιον, τὸ, ornamentum aurium. Item alter oculorum angulus qui aures ſpectat, oppoſitus τῷ κανθῷ, Nicand. Schol.

Παρωτὶς, ίδος, ἡ, apoſtema ſecus aures, ſiue inflammatio circa glãdulas auribus adiacentes: quod etiam parotis à medicis Latinis vocatur. παρωτίδες, abſceſſus ſunt ſecundum aures, vel poſt aures, vel ſub auribus, quaſi παρὰ τὰ ὦτα, id eſt, prope aures. Celſus libro 6. capite 16. Sub ipſis verò auribus oriri παρωτίδες ſolent, modò in ſecunda valetudine ibi inflammatione orta, modò poſt longas febres, illuc impetu morbi conuerſo. Id abſceſſus genus eſt. Apud eundem libro quarto, capite 1. ita legitur, Itémque arteriæ (quas parotidas vocant) ſurſum procedentes vltra aures feruntur. ſed legendum carotidas.

Παρῴχετο, παρῆλθε, Hom. Iliad.

Παρῴχηκε, id eſt, παρῆλθε, Homer. vnde παρῳχηκὼς, præteritus, Aphthonius.

Παρῳχημένος, præteritus. παρῳχημένῃ νυκτὶ καθ᾽ ὁδὸν βαδίζων, nocte præterita per viam vadens, Plutar. in Camillo. Act. cap. 14. ἐν ταῖς παρῳχημέναις γενεαῖς, præteritis ætatibus.

Παρῶχρος, ου, ὁ, pallidus.

Πῖλος, ου, ὁ, vel πίλος, galerus. Virgil. in Moreto, petaſus, πέτασος, pileus, capitis ornamentum, Ariſtot. lib. 5. cap. 5. de generat. Anim. Athen. in 7. πίλους τε ταῖς κεφαλαῖς [illegible]. Erat autem propriè Perſicum capitis ornamentum. Xenoph. de Cyaxare loquens. [illegible], vbi arborem pileo albo firmóque contexerint, Herodot. Sic Columella dixit contra frigus arboribus quaſi pileolos induere, cap. 25. lib. de Arboribus. [illegible]. Heſiod. [illegible]: (i. centunculi, [illegible] vel [illegible], ſubcoacta, coactilia) [illegible]. Interpr. Thucydid. lib. 4. vbi Valla vertit pilei. [illegible], Lucian. id eſt, tegumenta capitis, pilea. πίλους φοροῦντες, pilea geſtantes, Idem. Ariſtot. lib. 5. cap. 5. de generat. Anim. inquit, [illegible], i. pilos, qui vel pileo, vel alio tegmine operiuntur, celerius caneſcere. Theophraſt. [illegible] lib. 4. cap. 10. de faba Ægyptia. [illegible]: vbi πῖλον dixit fœminino genere, quod Dioſcorid. libro 2. [illegible] capite, πέτασον appellauit. Gaza hoc tranſiliit rei ignoratione. Ibidem, [illegible] (legendum τὸ [illegible], quod in fabis hilum Latini vocant) [illegible] ὁ πῖλος. ſic enim ſcriptũ: & Gaza pilulam malè tranſtulit. In eodem capite manifeſtò oſtendit ſe per πῖλον vocem, galerum ſiue pileum intelligere, i. πέτασον, cùm ait de loto loquens: [illegible], &c. vbi rurſus peius Gaza fructum expoſuit. Et tamen hoc loco dixerat Plinius lib. 13. cap. 17. Nili riguis prouenit ſimilis fabæ caule, foliiſque denſa congerie ſtipatis: quod dixit ambiguitate vocabuli πῖλος: ſignificat enim & pileum, & τὸ πίλημα: quod quid ſit, quia iam dictum ſuprà, non repetam. In qua poſtrema ſignificatione etiam ſumitur apud ipſum Theophraſt. de hiſtor. plant. libro 3. cap. 8. vbi de robore loquens & coactis lanæ flocculis intra pilulam. ait: [illegible] πῖλον, vbi pilum retulit Gaza non diſſimili rei imperitià. Hunc locum expoſuimus & emendauimus in noſtro Supplemento vtriuſque linguæ, in voce. Περιστρωμάτων. Πῖλος, id eſt, [illegible]. tapes ſpiſſus & craſſus, apud Xenoph. [illegible] libro 5. Herodot. [illegible]: vbi tamen Interpres, pila lanea circumtendunt. Et rurſus idem Xenoph. [illegible]: vbi Philelphus interpretatur tapetorum Medicorum. Πῖλοι, ſocculi lanei. ſocculos vulgò vocamus *chauſſons*: vt ſculponeas, *ſbotz*: & Gallicas *gueſtres*. Pollux, [illegible]: Æſch. [illegible] vocat: Theophr. [illegible]: vdones vocant Latini: eſtque apud Martialem de vdone cilicio hoc epigramma, *Non hos Lana dedit, ſed olentis barba mariti. Cyniphio poterit planta latere ſinu.* Odones tamen apud iuriſconſultos legitur. Vlpia. in l. 25. §. 17. D. De aur. arg. Alia, inquit, cauſa eſt odonum: quia vſum calceamentorum præſtant. Heſiodus ἐν ἔργοις in eo ſignificatu vſurpauit inquiens, [illegible]. Plato in Sympo. [illegible]. Sic legendum vel teſte Polluce: quo authore, [illegible] πῖλος (ſic enim ſcriptum) [illegible], vt conſtat ex authoritate Cratini dicentis, [illegible] πίλους. Πῖλος idem etiam ſignificat cum σφαῖρα ſeu πίλα, id eſt, pila vt Euſtath. tradit aſſerens hoc ex Suida exemplum [illegible].

Πιλόφιλος, preſſus.

Πιλοφορικοί. ita vocat eos Lucian. qui ſunt apud Scythas ſecundæ à rege dignitatis.

Πιλόω dicitur & πιλέω, denſo, πυκνόω, conſtipo, cogo, coarcto. coacto. Lucret. lib. 6. Quà graditur conturbat & immutare coactat. Et alibi, Corripere aſſiduè neruos & membra coactans: vnde πιλήματα, coactilia Latine, quia coactantur & coguntur. Theoph. de Cauſis lib. 5. c. 4. [illegible]: Gaza, quia frigore conſtipantur. Ibidem, [illegible], condenſare & conſtipare. Idem lib. 3. cap. 29. dixerat, [illegible]. Contrarium eſt τὸ [illegible] ipſi libro 2. de Cauſis plant.

Πίλωσις, εως, ἡ, πίλησις, denſatio, coarctatio, Theophraſtus 5. de Cauſis.

Πιλωτὸς, aliquid ex lanis præparatum ad cubandum aptum, Etymol.

Πιλωτὸς, ὁ, ὁ, idem quod [illegible], coactus, conſtrictus, exæquatus. [illegible] vocant, inquit Pollux.

Πιμελὴ, ῆς, ἡ, ſuguſto Plin. pinguitudo Varroni, vt στέαρ eſt adeps ſeu ſeuum. adeps differt à pinguedine eò quòd ipſa craſſior. Lege Galen. 11 Simplicium.

Πιμελὴς, ὁ, ἡ, pinguis, λιπαρὸς, adipoſus, Gaza.

Πιμελώδης, obeſus, adipalis. Cicer.

Πιμπλέω, impleo. Actiuum. Et πίμπλαμαι Paſſiu. i. impleor, plenus ſum, [illegible], Genit. Ho. Iliad. [illegible], i. [illegible], corpus ſtipant panibus, Ariſtoph.

Πιμπλεία, ας, ἡ, Pimplea, locus Macedoniæ Muſis ſacer.

Πίμπλη, pro πίμπληθι.

Πιμπλάω, impleo. Heſiodus. [illegible], domum tuam bonis impleat: vbi connectitur cum [illegible] Coniunctiui modi præcedente particula ὄφρα, i. vt impleat. Vnde Participium πιμπλάς, & Fœmininum πιμπλᾶσα. Heſiod. [illegible], implétes puluere. πίμπλη dicitur pro πίμπληθι, vt ἵστη pro ἵσταθι, Comment. Ariſtoph. in Auib.

Πιμπλάω, ῶ, vendo, Ioſeph.

Πίμπραμαι, ardeo, [illegible], Appian. Item ſtomachor.

Πίμπρημι [illegible], vro, comburo, φλέγω, Actiu. Aliquando dolore afficio, [illegible], incendentes.

Πῖν, in Epig pro πῖνε: ſic enim interrupto verbo ſolent vſurpare, qui genio indulgent. Author quidam incertus lib. 2. in grammaticos. Οἷς [illegible], quibus non gratũ eſt, nec dicteria iacere nec bibere.

Πίνος, ου, ὁ, ſordes, illuuies, [illegible]. Sophocl. Interp. ſic, [illegible].

Πινακίδιον, ου, τὸ, pugillaris, [illegible], tabellæ, tabella cerata in qua olim ſcribebant, vt cap. 1. Euang. Lucæ. Pro indice libri, ſeu rerum aliquo libro comprehenſarum. Gel. lib. 20. cap. vlt.

Πινακηδὸν, in modum tabularum ſeu aſſerum. Ariſtoph. in Ranis, [illegible]: Interp. [illegible].

Πινάκιον, tabella & ſcriptura, [illegible], Heſych. Hermog. [illegible]. Et [illegible], Moſchop. nam [illegible] dicuntur tabulæ ſeu tabellæ, quibus publicè aliquid proponitur vel leges vel nomina rerum vel alia aliqua epigrammata.

Πίναξ, ακος, tabula, ſcutella: vltima breui, Gaza lib. 3. Grammat. vnde πινάκιον diminutiuum, tabella, ſcutella, lanx, quadrula.

Πινακίδες, tabellæ, pugillares, αἱ μεγάλαι σανίδες τῶν πλακῶν, exponit. Comment. Ariſtoph. in Ranis. eſt & genus ſaltationis. Athen lib. 14. μετ' αἰσῶν δὲ ὀρχήσεως καὶ τὴν χελιδονιδίαν πινακίδα, meminit & Poll. lib. 4. his verbis τὰς δὲ πινακίδας ὀρχήσεως ... σχήματα.

Πινακίσκος, ου, ὁ, idem Ariſtophanes in Pluto, pro lance & ſcutella.

Πινακοθήκη, ἡ, tablinum Plin. tabularium Cicer. grammatophylacium. Sic vocabatur vbi tabulæ pictæ, cælatum argentum, ſtragula veſtis, ſigna & ornamenta reponebantur. Alex. Gen. lib. 5. cap. 24.

Πινακοπώλης, ὁ, ὀρνιθοπώλης, inquit Commentarius Ariſtoph. in Auib. ὅτι τὰ κρέα ... ἐπὶ πίνακι τιθέντες ἐπώλουν: auiũ venditor: à tabula aut lance, in qua ipſarum obeſas venales exponebant.

Πίναξ, ακος, ὁ, tabula, lanx, ſcutella, diſcus. Item index librorum, codicilli, tabella picta, tabella pictoria: catinum exponit Eraſmus cap. 11. Euangelij Lucæ. δός μοι ὧδε ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου βαπτιστοῦ, des mihi in patina caput Ioannis Baptiſtæ, cap. 14. Euang. Matth. vbi Eraſm. in diſco, hic interpres vertit diſcum, alibi catinum, etiam ſi magis Græcè ſonat tabulam, quando quidem quadris tabellis cibus apponitur. Item cap. 6. Euang. Marci, lancem exponit. μαθηματικὸς, ὁ περὶ ... πίνακα μαθὼν, Plutarch. in Romulo, Mathematicæ ſtudioſus, ſe ad aſtrologię diſciplinam conferens: ſic Lapus. πίνακες καὶ πινακίδια, pinaces & pinacidia, ſunt tabellæ in quibus capita omniũ rerum continentur, Latinè indices dicimus: vnde quidam Græci eo titulo libros ſuos inſignierunt, quaſi eſſent multarum rerum indices, Plinius in Præfat. & Gellius libro 10. cap. vlt.

Πίναξ, item dicitur tabula qua in publico loco ſuſpenſa memoria rei alicuius conſeruatur ac propagatur. Heſych. ἱστορία & ἀναχολῶν χρον. Athen. lib 13. ... πίνακας ... ἐπ' ... καὶ τὰς ἑταίρας ... γεγραφότων ... πεπραγμένας τὰς ἱστορίας.

Πινάρος, vocatur à Pereſio genus atramenti ſutorij, quod & χαλκανθὲς dicitur, Dioſc. lib. 5. cap. 114.

Πιναρός, ἀ, ὁ, ſordidus, horridus, vilis, ῥυπαρὸς, αὐχμηρὸς, ...

Πίννα ſiue πίνη, apud Ariſtotel. ... Latine pinna quæ concharũ eſt generis. Naſcitur in limoſis, ſubrecta ſemper, nec vnquam ſine comite, inquit Plinius lib. 9. cap. 42. quem pinnotherem vocant, alij pinnophylacem: is eſt ſquilla parua, alibi cancer dapis aſſectator. (Dixerat verò philoſophus hiſt. Animal. lib. 5. cap. 15. Αἱ δὲ πίνναι ὀρθαὶ φύονται ἐκ τοῦ βύσσου, ἐν τοῖς ἀμμώδεσι καὶ βορβορώδεσι· ἔχουσι δ' ἐν αὐτοῖς πινοφύλακα, αἱ μὲν καρίδιον, αἱ δὲ καρκίνιον, i. aliæ ſquillam, aliæ cancellum, vt vocat Feſtus.) Pandit ſe pinna, luminibus orbum corpus intus minutis piſcibus prębẽs. Aſſultant illi protinus, & vbi licentiã audacia creuit, implent eam. Hoc tempus ſpeculatus index, morſu leui ſignificat: illa ore compreſſo quicquid incluſit, exanimat, partémque ſocio tribuit. Athen. libr. 3. ... πίννη ... πινοτήρης (ſic enim legitur, & rectius quàm πινοθήρας) ... (malim per θ) ... Cicero 2. de Natur. Deorum, Pinna verò (ſic enim Grecè dicitur) duabus grandibus patula conchis, cum parua ſquilla quaſi ſocietatem coit comparandi cibi. His conſtat quod πινοτήρης ſiue πινοθήρης, & πινόθηρ apud Ælian. idem ſit quod πινοφύλαξ. Tamen & πινοφύλακος nomen mutuatur paruum animal in cubilibus ſpongiarum araneo ſimile, quod pinnophylacis naturam & aſtutiam in venando ſortitum ſit. Ariſto. hiſt. Anim lib. 5. c. 16. Τῶν δὲ σπόγγων ἐν ταῖς θαλάμαις γίγνονται πινοφύλακες. ... vide Ariſtoph. Com. in Veſpis.

Πινοτήρης, vel Πινοθήρ, Πινοφύλαξ. Vide Πίννα. Apud Ciceronem 3. de Finib. At illa quę in concha patula pinna dicitur, iſque qui enat à concha, qui, quòd eam cuſtodiat, πινοτήρης vocatur. Et Suidæ πινοτήρης, ὁ τῆς πίννης φύλαξ, i. compoſita dictione πινοφύλαξ.

Πινώδης, εος, ὁ, ſordidus, ῥυπαρὸς, i. breui. πινῶδες ἔριον, ſiue πινῶδες, lana ſuccida, Hippocr. πινόεις, in Epigr.

Πῖνον, ceruiſia, vinum hordeaceum, οἶνος κρίθινος, βρῦτος, ζῦθος, zythum. Vide Hermolaum in Dioſcor. In Probl. Ariſtot. qui hoc potu temulentos pronos decumbere, aut ſupinos tãtum, tradit: quod in alijs non fit. Vide etiam Athen. lib. 10.

Πίνος, ου, ὁ, ſordes, ῥύπος, priore breui lib. 2. Argon. Apol. vnde πινηρὸς, ſordidus, improbus. Capitur & Πῖνος pro ſpurco homine & peſtilẽte, vt peſtis Latinis dicitur. vnde πινάδεσος, multùm ſordidus, Eurip. lib. 2. & ... Scribitur & πῖνος pro ſordibus, ſqualore atque illuuie, quod & πίνη dicitur: vnde τῆς ἀρχαιότητος πῖνος dicitur, ſermo antiquus, ſqualidus, & ſine ornatu. Dionyſ. Halicarnaſ. ὁ ... ἀρχαιότητος ... πῖνος ... id eſt, ſqualor, ſicuſque vet uſtatis, ſenſim & latenter in ipſam penetrat atque incurrit. Πῖνος etiam œſypi ſordiũmque lanæ ſuccidæ ſignificationem habet: vnde πινόεσσα, lanam ſuccidam, dixit Hippoc. vide Οἴσυπος.

Πινόω, ῶ, fut. ώσω, ſordibus inquino vnde paſſ. πεπινωμένος ſordibus fœdatus apud Plutar. in Alex.

Πίνυσις, εως, ἡ, prudentia, σύνεσις.

Πινύσσω, πινύσσω ... præmoneo, prudentem facio. Ζεὺς πινύσσει ... ἤματα, Iupiter molitur dies, &c. Ariſtot. l. 5. Anim. ex Simonide poeta, de Alcione, ſed & eo loco poſſit πινύσσει accipi pro σωφρονίζει. vt Iupiter hybernos dies dicatur πινύσσειν quum eos velutcaſtigat & ex aſperis ac frigidos flatus ſpirantibus leniores ſerenioréſque ac tepidiores reddit quod per alcyonios dies accidere ſolet, ſilente etiam ac pacato mari eo tempore.

Πινυτὴ, ῆς, ἡ, prudentia. Iliad. ... πινυτῇ,
i. φρονήσει, σωφροσύνῃ.

Πινυτὸς, ῆτος, idem ac πινυτότης, in Epigr.

Πινυτὸς, οῦ, ὁ, prudens, σώφρων, συνετὸς, ſapientia præditus, cõſultus, apud Demoſth. primis breuibus. πινυτότης ſapientia, prudentia Euſtath.

Πινυτόφρων, ονος, ὁ, idem.

Πινυτῶς, prudenter, συνετῶς.

Πινύω, μ, ύσω, ... admoneo ſapere, vel reſipere facio, ad ſanam mentem reduco: Iliad. ... Euſtath. πινύσσω non actiuè ſolum accipit pro συνετίζω, σωφρονίζω ſed neutraliter etiam expon. φρονεῖν vt idem ſignificet cum πινύω ſeu πέπνυμαι vnde compoſ. ἀπινύσσω i. deſipio amens ac vecors ſum & Heſych. ... vnde πινύω, à quo πεπνυμένος.

Πίνω, μ. πίσω, π. πέπωκα, ἀόρ. β. ἔπιον, bibo, ſorbillo, abſorbeo, haurio. Regit Accuſatiuum: vt Odyſſ. ... Galen. ad Glaucon. & Atticè Genitiuum: vt ... τοῦ οἴνου ... Gaza lib. 4. Grammat. bibo de aqua: ſunt qui ἀπὸ velint ſubintelligi, idem Gaza. πίνειν ἐκ φιαλῶν, bibere in pateris, Xenoph. ... Demoſt ... Hom. Iliad. ... Homero, ſiue δεξιὰ πίνειν, intelligunt de conuerſione potantium, vt apud Eupolid. teſte Polluce, quæ expreſſa eſt verſibus Critiæ apud Athen. li. 10. ... Ita enim circunfert pocula Vulcanus apud Homer. Iliad. α. Αὐτὰρ ὁ τοῖς ἄλλοισι θεοῖς ἐνδέξια πᾶσιν Οἰνοχόει. πίνειν ... generoſum vinum bibere. Xenoph. Ἑλλην. lib. 6. ſcribit milites in Corcyræ inſula ita faſtidioſos factos fuiſſe, ... Hoc & prouerbio dictum apud Ariſtoph. in Ranis, ... pro fecem bibis, ideóque capite tentaris atque deliras temulẽtia, aſper es atque amarus ebrius factus: vt vulgò dicunt ...

Πινώδης, αὐχμηρὸς, ξηρὸς, ſqualidus, aridus. ſuperius πινώδης ſcribitur.

Πινώδεα, ας, ἡ, i. αὐχμηρότης, ſordes, ῥυπαρία, ſqualor.

Πίομαι, bibo, bibam, cap. 19. lib. 2. Reg. & in Epigramm. vbi prima producitur. πίομαι dicendum non πιοῦμαι, Phrynichus. reperitur & fut. πιοῦμαι. Aor. 1. paſſ. ἐπόθην vnde partic. ποθεὶς ſæpe apud Dioſcor.

Πίον, &

Πίος, ος, τὸ, pingue: propriè τὸ ἔχον ... ὑγρὸν, hoc eſt, in quo plus ſolidi quàm humidi redundat: quum λιπαρὸς dicatur illud, in quo magis dominatur humidum.

Πιότατος, ὁ, pinguiſſimus, λιπαρώτατος, ... in Epigr.

Πιότης, ητος, ἡ, vbertas, pinguedo, obeſitas, pinguitudo, Eraſm. cap. 11. Epiſt. Pauli ad Rom.

Πιοῦμαι, bibam: vnde πιούμενος, bibiturum eſſe. Ariſtot. in Rhet. πιοῦσα, quæ bibit, c. 28. Act. Apoſt.

Πιπάλη, nonnullis eſt ὁ χαλκὸς ... teſte Heſych. quæ ſupra ...

Πιπάλιον, eodem teſte pro ... dicitur, ...

Πίπαν, idem ...

Πιπίζω, μ. ίσω, π. ... pipio ab imitatione auiũ dicitur hæc dictio. Ariſtoph. in Auib. Οἷα πιπίζουσι ... Interpr. λέγεται δὲ καὶ ... teſte Heſych. ſcribitur & πιππίζω.

Πιπίσκω, potum præbeo, do potui. Apud Hippoc ... & πιπίσκω, ... Hippocrat. crebro vſurpat. ... idem de lac. in him. ... Luc. in Lexip. ... vt dicitur ... Atticè futurum mutuatur ab inuſ. them. πίω. Pindarus Iſthm. ... ἄγιον ὕδωρ.

Πίπλα pro πίμπλαθι.

Πίπλημι, pro πίμπλημι, in Epigr.

Πιππίζω, vox eſt ſimilis Plautinæ illi in Caſina, Non ego iſtud verbum empſitem titiuilitio, i. re admodũ vili: nullius enim ſunt ſignificationis.

Πίπρος, ου, ὁ, auis marina, τὸ πλῆθος τοσοῦτος, talis qualis pipo, Gaza l. 9. Anim. cap. 21.

Πίππος, ὁ, ſeu potius πίπος, auium paruuli, pulli, pipiones. Athen. lib. 9. καὶ πιππούς ὀρνίθων οὓς ἔτι νέους καλοῦσι. Sed legend. πίππους. vel per ſimplex π.

Πίπων, pipra auis quæ à lutea diſſidet, Ariſtotel. libr. 9. capite 1. Animal.

Πιπράσαι, inflare.

Πιπράσκομαι, vendor.

Πιπράσκω, μ. περάσω, π. πέπρακα, vẽdo, χρήματα λαμβάνω, venale habeo, venale expono. Genit. vel Accuſ. πιπράσκονται ἐπὶ τῇ ξένῃ, in externam regionem vendendi emittuntur. Plutar. in Solone. πραθέντες δὲ οἱ μὲν ἔξω οἱ δὲ ἐπὶ ... factum eſt autẽ per reduplicationẽ ex περάω, quod per ſyncopẽ factum eſt ex περάω. præt. perf. paſſ. eſt πέπραμαι: aor. 1. ἐπράθην) Thucyd. ἐπράθησαν ... Herod. πρηθῆναι ἐς Λακεδαίμονα: Ionicè pro πραθῆναι.

Πίπρημι, μ. πρήσω. Vide Πίμπρημι.

Πιπρίσκω, vendo, Nonnus.

Πίπτω, μ. πεσοῦμαι, π. πέπτωκα, ἀόρ. β, ἔπεσον, cado, ruo, corruo, proſternor, deiicior. Apollon. 2. Argon. ἔπεσε πέσε, in terram lapſus eſt. & apud Nazanzen. pro ὑπερβαλλειν ἔξω τὰ ὅρια τοῦ ὀρθοῦ καὶ ἀρετῆς διὰ τὴν ὑπερβολὴν πίπτειν. tranſilire fines recti. Πίπτω, ſternor & iaceo ibid. ... πεπτῶτες, ſtrati & iacentes. Πίπτω, irruo. Heſiod. ... πίπτει. ſic ipſi irruerunt in ſe mutuò. πεσὼν βορέας, id eſt irruens, Idem. τὸ πίπτειν ... , eò res ſpectant. Herodot. ἐμπίπτειν, Thucyd. Sophocl. cum Datiuo pro incido, πίπτειν ξυμφοραῖς ... in ærũnas incurrere. πεσόντες συμφορᾷ, in calamitatem incidentes, in Epigr. πίπτω εἰς πένθος, trahor in luctum, Euripid. πίπτει τις ... Xenoph. πίπτω ἐπὶ κύματι, Apoll. Rhod. πίπτω ἔξω τῆς χώρας, Ariſtoph. de Theramene. πίπτω ὑπό του, profligor ab ... Thucyd. πίπτων, ſtratus, Homer. ſed & ἄνεμος, i. ventus πίπτων dicitur ab Homero eo qua in ſignificatione Virgilius vtitur verbo cadere. Interdum πεσὼν dicitur qui procubuit, ſeu procumbens vt apud Syneſ. καὶ πεσόντες ἐκεῖθεν.

Πιῤῥὸς, fuluus: ſic apud Dioſcor. potius πυῤῥός.

Πίσαι, rigare, πιπίσαι, ſuperius per π ſcribitur.

Πίσεα, paludes, prata, loci humidi, οἱ σύμφυτοι ... καὶ ... τόποι. ſuprà πίσεα.

Πισσοκόνιτος, Ariſtoph. ſecunda breui, in Epigr. pulmentum è piſis confectum.

Πίσον, piſum ſeu piſa, legumen, quod & πίσος dicitur, forſitan à verbo πίσσειν, à quo & πτισάνη ſiue πτισάνη.

Πίσος, vnde πίσεα, locus humidus & riguus, Etym. pro quo ſupra πίσεος. à πίσαι quod eſt ποτίσαι, apud Suid. καὶ ἄγκεα πίσεα ...

Πίσσα, ης, ἡ, pix, ἡ ὑγρὰ, reſina, ἡ ῥητίνη, i. quod ex reſiniferis arborib. ſine vſtione diſtillat: nam quod ex earũ tæda accenſa defluit, pix dicitur, i. πίσσα. Nicander hanc differentiã non ſeruauit ſi credimus interpreti, qui ſuper hoc verſu poetæ, Καὶ ... κέδρου ... πίσσης, ait, ... Vbi ego cedri reſinã, i. τὴν κεδρίαν Dioſc. vel ... Galen. nõ intelligo, ſed picem. Scribit enim Pli. l. 14. c. 20. Liquidam omnes fundunt, & tantùm reſinam: craſſiorem verò, & ad pices faciendas cedrus. Vide Παλίμπισσα, Ἀπόχυμα, Ζώπισσα, Ὀξύπισσα, Κέδρος.

Πισσαλοιφὴς, ἐος, picatus, pice oblit⁹. ... Euſ.

Πισσανθὸς. Vide Ὀξύπισσα.

Πισσάσφαλτος, ου, ὁ, piſſaſphaltus quę mumia eſt Serapionis Arabis, diuerſa à mumia Rhazis aliorũmque eius familiæ, quę ſanies eſt humani cadaueris, aloë, mirrhã & bitumine conditi, i. Nicolao Myrepſo, ... Apud Dioſc. li. 1. cap. 101. piſſaſphaltus Ceraunijs montibus deuoluta, impetu fluminis rapitur, æſtúque in littus eiicitur. vbi coacta in glebas, miſtam bitumini picem redolet: vnde & πισσάσφαλτος nomen, ex argumento picis & bituminis, nempe in odore, non verò in miſtura vtriúſque naturaliter, vt minus rectè ſenſit. Plin. lib. 24. c. 7. & lib. 35. c. 15.

Πισσέλαιον, oleum picinum. Vide Ὀξύπισσα.

Πισσίζω χροῖ, eſt colore piceo, Dioſc. l. 5. c. 77. πισσίζων οἶνος, Interp. Ariſtoph. in Acharn. πισσίνος.

Πισσίτης οἶνος, picatum vinum, Dioſc. lib. 5. cap. 40.

Πισσόκηρος, vox eſt qua melliturgi ſiue mellarij vtuntur, ad ſignificandum in aluearibus operis ſecunda fundamenta. nam prima vocant κόμμωσιν, i. gummitionem Columellæ, tertia propolin. Ariſtot. hiſtor. Animal. lib. 9. cap. de apibus, vbi locutus eſſet περὶ μίτυος, i. de gummitione (quod eſſe ait ceræ excrementum quo apes aluearium oras illinunt, odoris acris) ſubiungit, ὅτι δὲ συνεχὲς ἀλειφαὶ ... deeſt) ... πισσόκηρος, ... continens, quæ ſuper eam inducitur, cruſta ſiue corium, piſſoceros vocatur, gummitióneque id magis hebes odore, & minus medicamentoſum. Gaza tamen ita deprauauit, proximum ab eo tectorium picatum cereus præbet. leuius id quàm commoſis medicamentum eſt. Plinius lib. 11. cap. 7. Prima fundamenta operis comoſin (leg. commoſin) vocant periti, ſecunda piſſocero, tertia propolin, inter coria ceráſque, magni ad medicamina vſus. Nigra cruſta eſt prima, ſaporis amari. Piſſoceros ſuper eam venit, picátium, modo ceu dilutior, &c.

Πισσόομαι, ſeu πιττόομαι pice oblinor, picem mihi illino. Athen. lib. 12. ... βάρβαροι ... καὶ ... τὰ σώματα.

Πισσοκοπέω, pice oblino, circunlino, idem cum πισσοκωνέω. Heſyc. ... Attici dicunt πιττοκοπεῖν vnde πιττοκοπούμενος qui pice illinitur.

Πισσοκωνέω, pice circumlino. vnde πισσοκώνητος, ου, ὁ, ἡ, pice circũlitus, pice circumcirca obductus Æſchyl. & Crat. ... appellant ... Heſych. author.

Πισσοτρόφος, picem alens, ſeu picem fundens.

Πισσόω, μ. ώσω, π. ωκα, pico, pice illino, pice incruſto: πιττόω etiam dicitur. Neut. Accuſ. Com. Ariſtoph. Auib.

Πίσυγγος, ου, ὁ, obediens.

Πίσυρα, Æolicè à πίσυρες, vt ... ab ... teſte Etym.

Πισσώδης, εος, ὁ, ἡ, piceus, πισσώδης τὴν χροιὰν, qui eſt piceo colore.

Πιστάκια, τὰ, piſtacia, fructus ſtrobilis pineiſque nucibus ſimiles, intus viridi nucleo: de quibus dictum in voce Κάρυον. Nicand. πιστάκι᾽ ... &c. in Theriacis. vide Dioſc. lib. 1. c. 178. Vide Ψιττάκια.

Πιστεύομαι, μ. εύσομαι, π. ευμαι, credor, habeor, probo aliis, fidem facio, mihi creditur, videor probabilis. Herodia. ... milites Prætoriani minus illi, vt quos decepit, fidem præbent. Iſocrat. ... i. ſi ipſis credatur. Dem. ... valeã apud vos authoritate. πιστεύεται ἀνὴρ ... creditur vir probus, Plutar. in Solone. πιστεύομαι ... credor omnia patriæ cauſa facere, Idem in Public. ὧν ὁ λόγος πεπίστευκε, quam ratio confirmauit, Dioſc. li. 7. cap. 1. Πιστεύομαι, pro ... mihi prouincia alicuius rei committitur & creditur, permittor quidpiam gerere atque adminiſtrare. Athen. ... omnia ei credita erant à Laodice. Baſil. in Prouer. ... prefectum exercitui, Lucia. πιστευθεὶς μέταλλα, cuius fidei credita ſunt metalla. πιστευθεὶς ... cui commiſſum eſt ab aquis totum mundum conſeruare. Nazan. Orat. Dicitur etiã per Aoriſt. verbi medij ſignificationis paſſiuæ (quod tamen rarum) vt apud Athenago. in Apol. ... cui adminiſtratio commiſſa & concredita. πιστευθεὶς, authoritate ſubnixi, Dem. πιστευθεὶς, qui fide & authoritate præditus eſt, qui maior eſt ſuſpicione, vel maior quàm vt ſuſpectus haberi poſſit. πεπιστευμένος τὰ μέγιστα, præfectus rebus maximis, Naz. in Orat. Itẽ Chryſo. ... amici iuratiſſimi Bu. in Ep. poſt. πεπιστευμένος, i. authoritate fretus, apud Plat. πεπιστευμένη δόξα, habita opinio, Phal. in Ep. ... cõcrediti ſunt, commiſſi ſunt. πιστευθῆναι βουλόμενος, ſibi fidem haberi volens. πιστευθεὶς, fidem nactus. πιστευθεὶς λόγος, creditus ſermo. ... ὑπὸ τοῦ δήμου, Ariſtot. in Polit. i. cui fides à populo præſtatur. πιστευθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως, à rege cultus, apud regem authoritate valens & exiſtimatione, Iſocr. in Euag. ... Θηβαίοις ... ſummæ authoritatis apud Thebanos, Æſchin.

Πιστευτικὸς, credulus, Ariſtot. in Rhet.

Πιστεύω, μ. εύσω, π. ευκα, credo, vt verum admitto, fido, confido, fidem habeo & adhibeo, recipio, opinor, aſſentior, ſpero, ſum fretus, βεβαιόω, confirmor, committo fidei, Chryſoſt. Neut. Datiuo & Accuſ. πιστεύω σοι ταύτην, hanc tuæ fidei committo, Nazanz. in Orat. πίστευε τῷ γήρᾳ τὴν κάθαρσιν, committe purgationem ſenectuti, Idem ibidem. Ioan. cap. 2. ... οὐκ ἐπίστευεν ἑαυτὸν αὐτοῖς, non ſe credebat eis. πιστεύοντες σφίσιν αὐτοῖς, ſuis viribus freti, Thucyd. ... πιστεύω ταῦτα, hæc ita eſſe credo. Dem. ... in reliquis confidunt ipſi, Idem Demoſt. Et cum Infinit. πιστεύω ... ſpero me euaſurum. Plat. de Leg. πιστεύω τεύξεσθαι, ſpero me impetraturum, Xenoph. ... hunc credo bene facturum eſſe. Aliquando fidem accommodo. πιστεύσας, fretus, confiſus, ... Æſchines. πιστεύων τῷ λέγειν, dicendi facultate fretus, Idẽ. Πιστεύειν etiam pro fidem facere & probare ſumitur, vt apud Ariſtot. in 2. prior. analyt. ... ὁ διὰ συλλογισμοῦ, ὁ δὲ ἐξ ἐπαγωγῆς.

Πίστευε ἔφοδος. Vide in dictione Νεφέλη.

Πιστεύω,

Πιϛικὸς, qui fidem maximè facere poteſt. Ariſtot. 1. Rhetor. πιϛικοὶ λόγοι, verba ad perſuadendum accõmodata. Ibidem, σχεδὸν ὡς εἰπεῖν κυριωτάτην ἔχει πίστιν τὸ ἦθος ... καὶ πιστικόν, ... ἠθικὸν καὶ ποιὸν,

Πίστιος, ὁ, ſanctus vertitur ab Halicarn. lib. 9. ἐν ἱερῷ Διὸς πιστίου, ...

Πίστις, εως, ἡ, fides, fiducia, plena fiducia, opinio, credulitas, ſpes, confidentia ſeu θάρσος, θάρρησις, certitudo, ὅρκος βέβαιος, cautio, δόξα, exiſtimatio, teſtimonium, certum indicium, ἀσφαλὴς σημεῖον, ... Eſt autem fides triplici differentia. Primum enim ſignificat quam Latini appellant fidelitatis, æquitatis, conſtantiæque in re contracta ſeruanda opinionem atque exiſtimationem, qua præſtita probitatis, negata, perfidiæ maleuolique animi documenta præbemus; & tam actiuè quàm paſſiuè accipitur. Vnde πίστιν διδόναι καὶ δέχεσθαι, eſt fidem dare & accipere. ... πίστιν ... vel (vt Ariſtot.) ... bona fide paciſci. Sic πίστιν λαμβάνειν dicitur, cui poteſtas & imperiũ creditur. τὰς πίστεις ... λαμβάνειν, Ariſtotel. in Politic. fidem inter ſe habere. ἡ τοῦ ἀνδρὸς δόξα καὶ πίστις, viri dignitas & exiſtimatio, Plutarch. in Pericle. ἡ διὰ τῶν ὅρκων πίστις, Æſchin. fides & cautio, id eſt, ſecuritas quæ iureiurando datur, *ſoy & caution iudicatoire*. Theognis, πίστει χρήματ' ὄλεσσα, ἀπιστίῃ δ' ἐσάωσα. Heſiod. πίστεις δ' ἄρ τοι ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας. Deinde ſignificat rei compertæ exploratæque fiduciam, quam Quintilian. perſuaſionem vocat: quemadmodum Græci πιστὸν appellãt τὸ γνώριμον καὶ ἀσφαλὲς, ὃ ἡμεῖς πεπείσμεθα. Et eo modo intelligenda eſt orthodoxa illa Chriſtianorum doctrina ... διὰ τῆς πίστεως ... χριστοῦ ..., vt tradit Apoſtolus ad Roman. 3. quæ non eſt aliud, quàm certa fiducia animi & firmus aſſenſus, quo ipſe Chriſtus vnicum noſtrum ἱλαστήριον comprehenſus à nobis Spiritus ſancti gratia, iam totus ſcilicet noſter χριστὸς factus, præſens poſſidetur. Eſt verò πίστις, vt definitur ad Hebræos capite 11. τῶν ἐλπιζομένων ὑπόστασις πραγμάτων, ἔλεγχος οὐ βλεπομένων, rerum ſperatarum, ſubſiſtentia, demonſtratio, eorum quæ non videntur. Inde & pro tota religione Chriſtiana, ſiue pietate de diuinis rectè ſentiente, accipi ſolet. eadem ratione & Liuius ab Vrb. 1. Hæc, inquit, Romulo regnãte domi militiæque geſta, quorum nihil abſonum fidei diuinæ originis, diuinitatiſque poſt mortem creditæ fuit. Tertiò ſignificat alicuius rei probationem, id eſt, ἔλεγχον, ἀπόδειξιν, & argumentum fide dignum. Vnde & πίστεις ἔντεχνοι, quas Quintilianus probationes artificiales vocat. ... πίστιν ..., id eſt, quod credi non poterat, ne tum quidem quum oculis teſtibus apparet. πίστιν ἔχειν, habere authoritatem, fidem facere. πίστιν ἔχω, mihi creditur, mihi fides additur, Plutarchus in Romulo. ... πίστιν ἔχει, ... πίστιν παρέχομαι, facio fidem, Thucydides. Πίστιν ἐπιθεῖναι, Demoſthen. contra Aphob. fidem dare, iurare, fidem interponere. Πίστιν διδόναι, ἢ πίστεις διδόναι, Iſocrat. in Helene, idem ſignificat: quod & πιστὰ δοῦναι Xenoph. id eſt iureiurando aut obſidibus cauere: πίστεις ποιεῖν, ..., illis fidem facientes, & ſat facientes, Idem Thucydides. πίστιν ποιεῖν, fideliter agens, cap. 12. prouerb. Solomonis. πίστιν ποιεῖσθαι, Plutarc. in Fabio, fidem adducere. πίστιν ποιοῦμαι, do fidem, ... meo, Herodot. ... ſeſe ... cum nimius inuitæ ... ſequeſter contrahendi fœderis inter amicos, Idem. πίστιν φέρειν. Sophocl. πίστεις φέρειν, argumenta elicere, vel trahere, Ariſtotel. πίστεις θεῶν ..., qui deorum fidem iurauerunt, Thucydid. libro 5 ... πίστιν ..., habita hominibus fide, Idem. εἰς τιμὰς καὶ πίστιν ἦγε, ad honores & ſecreta conſilia promouebat, Plutarch. in Numa. πρὸς τὴν πίστιν, ad fidem faciendam. Εἰς πίστιν ἑαυτὸν διδόναι, Polyb. in fidem ſe dedere, fidei ſe alicuius permittere. ... Æſchin. authoritate inſtruere. τὰς πίστεις τιθέναι, Polybius, id eſt, ſecuritatem promittere fide interpoſita. πίστιν λαμβάνειν, ... facere periculum fidei alicuius in aliquo Lyſias. contra Eratoſthen.

Πιστὸν, pignus ſiue fiducia & ſecuritas. τὸ τῆς ἐλευθερίας πιστὸν, id eſt, libertatis pignus. Πιστὸν, credibile, perſuaſibile. Demoſt. ... πιστόν; quónam hoc credere poſſumus? Πιστὸν, exploratum, compertum, ὁμολογούμενον, certum, cui negare fidem nõ debemus, Ariſtoteles ... 10. τὰ πιστὰ, quæ ad fidei tutelam pertinent, Euripid. ὅρκια πιστὰ, Homerus. ἐμοὶ οὐ πιστὰ, apud me carentia fide. ταῦτα πιστὰ ... τοῖς ῥωμαίοις ἔδωκε, his fides à Romanis adhibita eſt, Plutarchus in Romulo, τὰ πιστὰ διδόναι, Xenophon. τὰς πίστεις διδόναι, Iſocrat. pro eo quod eſt fide data promittere. πιστὰ autem ἔχειν dicuntur, qui pignus huiuſmodi fidei acceperunt. Vide Budæum in Epiſtolis in verbo, Fide accepta venire. τὰ πιστὰ ἔχειν παρά τινος, habere pignus, accipere fidem ab aliquo, Xenophon. πιστὸν ἔχοντες, Thucydides ſperantes. πιστὰ φέρειν, fidem ſeruare, in Epigram. & Laſcar. πιστὰ φυλάσσειν, fidem ſeruare. Ian. Laſcaris, ... φυλάξα-

σαν, marito fui fidelis. πιστὸν ποιεῖν, fideliter agere, vel vt fidelem decet. Ioan. Epiſtol. 3. πιστὸν ποιεῖς ὃ ἐὰν ἐργάσῃ εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, &c. πιστὰ ποιεῖν τὰ αὐτοῦ, apud Ariſtotelem, ſua probare. Cicero dixit fidem facere de ſuis. πιστὰ θεοὺς ποιεῖσθαι, deos in fidem obteſtare, Xenoph.

Πιστὸν, poculentum, τὸ διὰ πόσεως λαμβανόμενον, τὸ ποτόν. Æſchyl. in Prometh. ... οὐδὲ πιστόν. Ἀλλὰ φαρμάκων χρείᾳ κατεσκελλέτο. ſit à verbo Πίω.

Πιστεύομαι, mihi concreditur, fidem facio, confirmo, στηρίζω, βεβαιῶ. πιστώσασθαι, eſt iureiurando affirmare, hoc eſt, ὅρκους διδόναι, & fidem rei facere. Herodian. φιλοσοφίαν βίου σώφρονι ἐπιστώσατο, philoſophiam vitæ temperantia ſe colere præ ſe tulit, fidémque fecit. Sic φήμην πιστώσασθαι, apud eundem, eſt famæ fidem aſtruere. Alibi, ... πάντων ἀνθρώπων ... τε καὶ πιστώσασθαι ..., omnium hominum ſolertiſſimus ad ſimulandam amicitiam, & præferendam cum certa fide beneuolentiæ. Homer. Odyſſ. ..., ... ὅρκῳ πιστώσασθαι, iureiurando confirmare, iureiurando aſtringi. Nonnus, ... μάρτυρα μῦθον ἐπιστώσασθε ..., id eſt, teſtem ſermone fideli animo nondum infixiſtis. Idem, ... φίλτρον ἐπιστώσασθε, i. ... ἐμὲ, me dilexiſtis. φωνὴν πιστώσατο, fidelem vocem & certam edidit, Idem Nonnus. πιστώσαντο, πίστιν ... ἀλλήλοις, ..., fidem mutuam dederũt; Hom. ἐπιστώθησαν, Euripid. fœdere ſunt adacti. πιστωθῆναι μετ' αὐτοῦ, coniungere fide cum eo; cap. 27. Eccleſiaſt. πιστωθήτω ... τῶν ἥλων, clauorum veſtigia tibi fidem faciant, Nazanz. in Orat. ... πεπιστωμένος σοφίῃ, Laſcaris, i. ſapiẽtia ſubnixus, vel potius, fidem faciens de ſapientia. ... πεπιστωμένη φιλία, explorata amicitia, Bud. in Epiſt. Πιστωθεὶς, qui credit, cui fides facta eſt, qui iam fidem rei accepit.

Πιστὸς, ὡ, ὁ. fidelis, id eſt, qui fidem ſuam ſeruat & præſtat, ὁμολογούμενος, βέβαιος, qui fidei eſt ſpectatæ, indubitatus, cui fides adhibetur, firmus, certus, notus, exploratus, fides, clarus. πιστὸς ἐμοὶ, apud me fidem habens, Valla. πιστὴ ἡδονὴ, voluptas certa, Euripid. πιστὴ κατηγορία, Demoſthen. πιστὴ λόγῳ ἐλπὶς, ſpes ſermone perſuaſa, Thucydid. πιστὴν ποιοῦσιν τὴν μεταβολὴν, Iſocrat.

Πιστότατος, ſummæ authoritatis.

Πιστότης, fides, Plato de Leg.

Πιστόω, ῶ, ώσω, ... , fidem accipio & do, ab aliquo mihi caueõ propriè, hoc eſt, obſides, vel pignora, vel ſponſores exigo, fidem aſſero, iureiurãdo adigo. πιστῶ σε ὅρκῳ, ... ὅρκον ἐκ σοῦ λαμβάνω. πιστοῦμαί σε δὲ ὅρκῳ, ... τοῦ ὅρκου ... Interp. Thucydid. l. 4. Idem, πιστώσαντες αὐτοὺς τοῖς ὅρκοις, id eſt, vbi fidem iureiurando habuerunt.

Πίστρα, ἀντὶ τοῦ ποτίστρα, Etym. apud Eurip. in Cyclop. πίστρα exponũt alueum. πίστρα, Suidæ ποτίστρα.

Πίστρις, ἡ, genus nauis, cuius meminit Polyb. & Bayſ.

Πιστωθεὶς, ὁ, dicitur is cui fides facta eſt, hoc eſt, qui iam fidem rei accepit.

Πίστωμα, probatio. Ariſtot. in Rhet.

Πιστῶς, fideliter, certa fide. πιστῶς σοι ..., perſeuero in fide tua, Demoſth.

Πίστωσις, confirmatio, Hermogen. μαρτύρων πιστώσεις λόγων, id eſt, teſtimonia.

Πίσυγγος, ου, ὁ, cerdo, qui calceos reficit, ὁ τὰ ὑποδήματα ἰώμενος: cuius officina πισύγγιον dicitur à Polluce: cui veteramentarius. Sueton ... dicitur, καὶ παλαιουργός. Heſychio πεσύγγιον, i. ... corium. Hephæſtion, πίσυγγος δὲ ... .

Πίσυνος, ου, ὁ, obediens, credulus, fidens, confidens, fretus, πεποιθὼς, ... Iliad. ..., τόξοισι πίσυνος, arcu fretus, πεποιθὼς, ..., ... Sic Ariſtophan. ... πίσυνος λόγοις, fretus vi dicendi. πίσυνοι τοῖς ἔξω, ab his qui aberant ſolicitati, Thucyd.

Πίσυρες, quatuor, Etym. ... in initio fermè. primis breuibus. inuenitur & cum gemino σ metri cauſa.

Πισύα, turma, cohors, in Epigr.

Πιτάνη, Heſy. dici ſcribit ... apocope igitur erit & ... factum ex ... .

Πιτίον, apud Theophr. legit. hiſtor. plant. lib. 7. ſed pro eo reponunt quidam ..., ... autem eandem eſſe tradunt cum χαμαιπίτυϊ, i. aiugam ſeu abigam & Dioſcorides τὴν χαμαίπιτυν eſſe teſtatur ... .

Πίτιον. Pitio ex Theophr. hiſtor. plant. libr. 7. cap. 13. aſſertur pro bulbi quodam genere vbi tamen & vulg. edit. & Gaza habẽt ἐπίτιον. apud Pli. vero l. 19. ſub finẽ c. 5. Pythiõ pro hoc legitur.

Πίτνα, ἐπετάννυε, explicabat, ex pandebat.

Πιτνάς, extendens.

Πίτνατε, ἐκπετάσατε, expandite, in Epigr. & hæc omnia tempora formantur tanquam à πίτνημι.

Πιτνῶ, appropinquo, ... , Euripides in Oreſte. ...

cadit. πεσεῖν δ' ἔδρας εἴκαθε, Euripides. πεσεῖν, cadere, interfici, Idem. πεσοῦμαι κακῶς, Idem Euripides, i. ἀπωλοῦμαι, ἢ κακῶς ἀποθανοῦμαι: ſic Interpret. Πιτνέω, vt ἱμαντόω, irruo, ἱμαντέω, ſequio. Sophocl. in Aiace, σὺ πίτνεις πεσών.

Πιτνέω, iacio. Heſiod. οἱ δ' ἄρ' ἐν ἁλωῇ πίτνον ἄλευ, ἀμ' ὄφρουν ἀλωῇ, i. ἔῤῥιπτον εἰς τὴν ἅλωνα, in aream proiiciebant. vbi Interp. τὸ πίτνω ἀπὸ τοῦ πέτω, πλεονασμῷ τοῦ ν: ἔστι δὲ καὶ πίτνω καὶ πιτνῶ. verùm & πίτνω Heſych. exponit non ſolum πίπτω, ſed etiam ἐκτείνει.

Πίσσα, πίττα, pix. vnde πισσάσφαλτος, generis fœmin. apud Dioſcor. lib. 1. cap. 101.

Πιττάκιον, τό, pugillares & tabella. Euſt. ait πιττάκιον dici διὰ τὸ πεπισσῶσθαι, ὅτι οἱ παλαιοὶ ἱμᾶσι τοὺς τῆς χειρὸς πίναξ κηρῶσαι ſicut δέλτος διὰ τὸ δεδέσθαι χῆνος. Pittacium Lampridius pro albo Prætoris vſurpat, matriculam vulgò vocant. Celſus lib. 3. cap. 10. pro panno cui imponuntur medicamenta parti admouenda, vt fit in ſpleniis, ita protulit: Deinde habere duo pittacia, quæ latitudinem frontis, longitudinémque æquent. Marcellus Empericus, emplaſtrum facies, vel pittacium. Vide Πλάτυσμα.

Πισσάσφαλτος, Vide Πισσάσφαλτος.

Πισσόω, pico, pice oblino.

Πισσηρός, piceus.

Πισσογονεῖν πεύκην. Bud. interpret. picem, ex arbore elicio & eximo, quod fit tædis exectis. Theophraſt. lib. 9. c. 2.

Πιττόω, πισσόω, pico, pice oblino & inducο. Commentar. Ariſtoph. in Plut. πιττοῦν δὲ τὸ κυρίως, τὸ τοὺς πλακοῦντας πισσῶσαι χεῖρ. ſed vulgare fuit etiam radulanâ pice dolia picare: vnde picata vaſa. Iubétque Columella lib. 12. cap. 18. vaſa feruentiſſima pice infuſa rutabulo nouo & ſcopula picari. quæ picatio, πίττωσις dicitur à Conſtantino γεωπονικῶν lib. 5. In medicina verò picatio ſiue πίττωσις, curationis genus eſt velutque δρώπαξ, ex piceo oleo liquata & illita, & nonnunquam mixtura exquiſitiore. Huius picationis vſus eſt ἐν τῇ μετασυγκριτικῇ θεραπείᾳ καὶ ἐν τῇ ἀναληπτικῇ ἀγωγῇ. Aliquando enim toti corpori adhibetur, aliquando certis partibus: nimirum vt in ſyntecticis atque defectis extenuatæ partes reficiantur. Humectat enim, calfacit, ac ſanguinis copiam allicit, quo fit vt ad recuperandum corpus, vt diceret Cicero, & εἰς σύμμετρον Galen. l. 14. Methodi, optimum remedium cenſeatur. Conſule Galenum ſuper hac re dicto loco, & lib. 1. τῶν τόπων, Aëtiumque Serm. 9. c. 36. Πίττωσις etiam ἀποτιλμὸς eſt ſiue vulſura picis miniſterio facta, cuius molles & Cynædi curioſi, ob idque vulſi & depilati dicti ſunt καὶ πεπιττωμένοι. Hinc Πιττοῦν Græcis, ἀποπιττοῦν vile erat munus quæ glabros & depiles reddebant picis illitu. Philoſtr. in vitis Sophiſt. de Scopeliano, ὡς ἐπιττοῦτο καὶ ἑαυτὸν πίττῃ καὶ ἀπεδρωπακίζετο. Clemens Alexandrinus libro 3. Pedagogi, διὰ ταῦτα γυναῖκες αἱ πᾶσαι πεπίττωνται, ξυρῶνται, ἀποτίλλονται διὰ θηλυπρεπεῖς πάντα. & paulò pòſt, Οἱ παρὰ τὰ πιττοῦσθαι καὶ τὰς τρίχας τοῖς αἰσχροῖς τόποις τρίβειν περιχρίουσι. Idē alib., ἀνὴρ ἐπιτρίβει ὀφρ. ... πολλοὶ εἰσὶ ... Lucian. ... πεπιττωμένον τὸ σῶμα, καὶ τὸ σῶμα ὅλον. Πιττοῦν etiam καὶ καταπιττοῦν fuit inter cruciatus & tormenti genera. Plato in Gorgia, Κἂν ἀδικῶν ἄνθρωπος ληφθῇ τυραννίδι ἐπιβουλεύων, καὶ ληφθεὶς στρεβλῶται, καὶ ἐκτέμνηται, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκάηται, καὶ ἄλλας πολλὰς καὶ μεγάλας καὶ παντοδαπὰς λώβας αὐτός τε λωβηθεὶς, καὶ τοὺς αὑτοῦ ἐπιδὼν παῖδάς τε καὶ γυναῖκα, τὸ ἔσχατον ἀνασταυρωθῇ, ἢ καταπιττωθῇ, οὗτος εὐδαίμων ἔσται. De quo genere ſupplicij intellexit Plautus in Captiuis: At pol te ſi hic capiat ſenex, Atra pix agitet apud carnificem, ac tuo capiti illuceat. Et Lucret. cùm pœnas mortalium & tormēta exponeret, dixit: *Verbera, carnifices, robur, pix, lumina tedæ*. Ariſtoph. in Concion. Καὶ τὸ πρᾶγμ' ἐν ὀρθῷ ... Πέκην κατεπίττου τοῦ αἰεὶ Βοοντίδου.

Πισσώδης, piceus. πισσώδης πεύκη pinus piceoſa, Theoph. lib. 1. cap. 12 de Cauſ. plant.

Πίττωσις picatio, qua vtebantur mãgones in iis quibus graciliores erant artus.

Πισσωτὰ φάρμακα. Galen. ad Glauc. medicamenta picea ſeu reſinoſa, vt Plinius loquitur.

Πιττωταί, οἱ, qui pice inungunt, Lucian.

Πιτυΐας, ὁ, coagulum. ἐκτὸς, πυετία. vide ſupra πυτία.

Πιτυλίς, Suid. ἀσκὸς μικρός, vtriculus: pro quo apud Heſyc. πιτυλίδιον ſcriptū eſt. At πιτανάτης εἰμί, idem Suid. dici ſcribit prouerbialiter de iis qui crebris & proſperitatibus vtuntur & infortuniis à Pitana vrbe quæ à Pelagiis in ſeruitutem redacta ab Eretrienſibus liberata fertur.

Πιτύεια, promontorium eſt circa Lampſacum. & olim Lampſacus ipſa Pityea vocabatur propter abundantiam pinuum, πιτύων, ſic Apol. Etym.

Πιτυΐδες, αἱ, propriè pinus, impropriéque piceæ arboris nuces, in conis ſiue metis (quæ poma Cybeles dixit Mart. nuces pineas alij, i. πιτύινα κάρυα, καὶ στρόβιλοι ἢ κῶνοι Dioſc. & Theophr.) contentæ. Græci etiam κάρυα καὶ πυρῆνας nomine appellant, vt nucis & nuclei voce Plin. πιτυΐδας κώνους item appellari obſerua-

ui apud Athenæum. vbi & peculiari nomine στροβιλίδας nominauit Mneſitheus medicus, vt κῶνον Hippocrates. Dioſcor. lib. 1. cap. 86. πιτυΐδες καλοῦνται, οἱ καρποὶ τῆς πίτυος καὶ τῆς πεύκης ὁ εὑρισκόμενος ἐν τοῖς κώνοις. Hippocr. verò πιτυΐδα vocauit reſinam pineam, i. πιτύινην ῥητίνην. Plin. pityida expoſuit nucem e pinaſtro lib. 15. cap. 10. pityides vulgò *pignons*.

Πίτυς, υος, ἡ, aiuga ſiue abiga herba Plin. Dioſ. χαμαιπίτυς. Theop. hiſt. l. 7. ... ὁ πιτύων, ὁ ἀπαρίνη: vbi tamen deprauatè ſcriptū, ὁ πίτυς, ἡ ἀπαρίνη] etina & lappa Gaza reddidit, pro aiuga & aparine. Aiugam verò etiam χαμαιπίτυν herbam eſſe oſtendit Dioſc. inquiens, ... τῆς γῆς ἐκτεταμένη.

Πίτυϊνος, pineus. πιτύϊνος οἶνος, vinum pineum, Dioſc. lib. 5. c. 37. πιτυΐνη ῥητίνη, reſina pinea.

Πιτυοκάμπτης pro πιτυοκάμπτης. Suid.

Πιτυλεύειν ciere πίτυλον. Ariſtoph. Veſp. πολλὰ μὲν ἐν γῇ, πολλὰ δ' ἐφ' ὑγρᾷ πιτυλεύσας.

Πιτυλίζειν, ſubire genus quoddam certaminis, de quo Galen. lib. 2. de tuenda valetud. Erat autem huiuſmodi exercitatio, in qua ſummis pedibus ingrediebātur, manibus altera retrorſus, altera prorſus protentis, Politianus in Miſcel. Significat & geſticulari, & crebro motu ciēre manus, de quo vide Gal. libr. 2. ſalubrium, & Cornarium lib. 9. Comment. in Galen. de cōpoſ. Phar. Hinc ducta vulgaris vox noſtra *perzlet*, vel *petezler*.

Πιτύλισμα, τος, τό, micatio & geſticulatio manuum, vel pedum inter ſaltandum, quas μαρμαρυγὰς vocat Homerus. Iuuen. Sat. 11. *Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbē*. quæ vera lectio, ſenſuſque germanus.

Πίτυλος, ὁ, propriè ſtrepitus, ὁ ψόφος, ὁ ἀπὸ τοῦ πίτυλου, inquit Æſchyli interpres, vndè τίτυλος καὶ πίτυλος, ſtrepitus verò qui fit ex remorum agitatione inter remigandum, quem Virgil. his ſyllabis expreſſit, *ſpumas ſalis ære ruebant*. Euripides in Troadib. ἐρετμῶν γὰρ πίτυλος ... Idem ... Æſchylus ἐν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, Ἐρέσσετ' ἀμφὶ κρατὶ πόμπιμον χεροῖν πίτυλον. & ... πίτυλον ... χέρα. Hinc pro crebra agitatione & motu ſumitur, qualis comploſio vel micatio manuum καὶ ποδῶν μαρμαρυγαὶ Homero, aquarū murmur ex iugi decurſu. Hinc ab Heſychio πίτυλος exponitur, ψόφος ὑδάτων ἐκ τῆς καταφορᾶς. Et ὁ συχνὸς τῆς χειρὸς ὁ ἐπὶ τυπτόντων (lege τυπτόντων) ... ἐπιφερόμενος. Ita etiam habet Pollux lib. 2. ὁ δὲ συνεχὴς τῆς χειρὸς ἐπαναγωγὴ, ... πίτυλος καλεῖται. Hoc pueri & puellæ palmularum coniugatim τὸ πιτύλισμα imitando, exprimunt, cùm manibus in metam compoſitis ludunt, infimam ſemper ſubſtrahendo, quam ſuperponūt extremæ ſcãſili ratione. atque ita dum alternis alia aliam ſuperſcandit manus, in orbem cuique recurrente ſorte, apparet πίτυλος qui in remigatione alternatus eſt motus ex elatione & demiſſione remorum. Tranſlatè vſus eſt etiam Euripides in Alceſte, Τοῦ νῦν συνδρόμου καὶ ξυνίετε ... πίτυλος ἐμπεσών ... vt ſit vinum largius è ſcypho ori infuſum. Idem in Hippolito; πολὺς δακρύων ... πίτυλος, id eſt, lachrymarum vbertim manantium crebra velut micatio atque diſtillatio, ſiue καταφορὰ καὶ ὁρμὴ, impetus, atque abundantia, vt vult Græcus Interpres. Interpres Ariſtophanis ſuper his verbis in Veſpis, πολλὰ μὲν ἐν γῇ, πολλὰ δ' ἐφ' ὑγρᾷ πιτυλεύσας, ... inquit, ... Eſt & ipſi ὁ πιτυλιστὴς, ... adduciteque hoc exemplum verbi. Οἱ ... πιτυλίζοντες, ... Hanc vocem vſurpauit & Hippocrates ſed pro remigatione aut remo: nam Galenus in Gloſſis exponit per εἰρεσίαν ἢ κώπην apud Heſych. legitur & πιτυλίας, τὰς καταφορὰς τῶν τειχῶν. vt & πιτύλους mox.

Πιτυλώδης, ὁ, ἡ, apud Heſ. ... ὁ τὴν ...

Πιτυοκάμπη, pinorum eruca. Vide Dioſc. l. 6. c. 2.

Πιτυοκάμπτης, ου, ὁ, qui pinus inflectit cognomen Sinis centauri à Theſeo interempti vt refert Apollod. lib 3. ſuæ bibliothecæ.

Πιτυοῦσσα, quædam inſula à frutice pineo iiſdem nominata eſt cuius meminit Plin lib. 4. cap. 12.

Πιτυόστεπτος, pino redimitus, in Epigr.

Πιτυοῦσα, ἡ, Pityuſa, herba tithymali ſpecies, Dioſc. lib. 4. cap. 166. Miletus dicta ſic fuit olim ob pinorum illic creſcentium abundantiam, Euſtath. Bœot.

Πιτυρίας, ου, & Πιτυρίτης, του, ὁ, nempe ἄρτος, panis furfuroſus veluſque ἀχυρώδης, i. panis acceroſus, Feſto: ὁ ἀπὸ τοῦ ἔχοντος τὰ πίτυρα καὶ ἀποτυρίας, panis cum ſuis furfuribus: vt ἀπυρίας ἄρτος, qui cū ſordibus, i. panis ſordidus Plautoque niger eſſe ſolet, ideóque panis ater dicitur à Terent. Porrò πιτυρίτης ἄρτος, mihi videtur eſſe panis cibarius dictus à Cicerone, quem ideo βραδύλον dixerunt Græci. Philemon referente Athen. lib. 3. ... dixit ſordidum, ... τὸν πιτυρίτην ἄρτον, quē ... vel ... Amerias & Timachidas vocarunt. & Apul. in 6. cibarium & ſordidum non videtur diſtinguere. Multum differt bonitate ὁ αὐτόπυρος dictus, i. panis fermētatus Plin. qui ſic

ait

ait lib.22. c.vlt.panis fermentatus, qui vocatur autopyros, vtilior. Galen.2.ad Glauc. [illegible] (vt Phrynicus apud Athen. lib.3. & Amerias. qui αὐτόπυρον dixit [illegible]) αὐτόπυρον [illegible]. vide Galen. ipſum l.14. Therapeu. Pollux de panibus loquens, [illegible], πιτυρίας. Plato Comicus teſte etiam Athen. lib.13. [illegible] ita vocat, [illegible]. Corn. Celſus l.2.c.18. Firmius eſt triticum quàm milium, idipſum quàm hordeum, & ex tritico firmiſſima ſiligo, deinde ſimila, deinde cui nihil ademptum eſt (quod αὐτόπυρον Græci vocant) infirmior eſt ex polline, infirmiſſimus cibarius panis. Ex his conſtat αὐτόπυρον vocari panem ex ea farina coctum, cui furfures nõ ſunt adempti: cibarium verò furfuraceum, hoc eſt, ex ſolis propemodum furfuribus coagmẽtatum, quem eundem ῥυπαρόν, i. ſordidum appellaſſe videtur Paulus Ægin. l.1.

Πιτυρίασις, ἡ, porrigo: eſt autem vbi inter pilos quædã quaſi ſquamulæ ſurgunt, eæque acutæ reſoluuntur, & interdũ madent, multò ſæpius ſiccæ ſunt. Idque euenit modò ſine vlcere, modò exulcerato loco: huic quoque modò malo odore, modò nullo accidente: feréque id in capillo fit, rarius in barba, aliquando in ſupercilio. vide Celſ. l.6.c.2. Aëtium [illegible] l.2. Ser. 2.c.66. Alexander Trall. [illegible], Dioſc. lib.5. πιτυριάσεις [illegible], porriginẽ ſiue furfures capitis deterget, vt vocat Plin. Scribo. Largus hunc morbum latius ſe porrigere (vnde & nomẽ) ita dixit, Ad papulas in capite efferueſcentẽs vel qualibet parte corporis totius porriginem. Horat.2. Serm. Satyra 3. ſcripſit, *impexa porrigine fœdum Caput*, &c. Porcis etiam tribuit Iuuenalis Satyra 2. *dedit hanc contagio labem, Et dabit in plures: ſicut grex totus in agris Vnius ſcabie cadit, & porrigine porci.* Hoc vitiũ ita verſu deſcribit Quintus Serenus, *Eſt inſenſibilis morbus, ſed noxia ſ[illegible], Cùm caput immenſa pexum porrigine ningit, Copia furfur[illegible] ſtrendentibus edita ſaxis.* Hoc etiam λεπίδας Græcè dici annotat Hermolaus in Plin.

Πιτυρίδες, αἱ, Athen. l.β. πιτυρίδες [illegible], [illegible] δ' αἱ μέλαιναι. vbi πιτυρίδας καὶ φαυλίας oliuarum ſpeciem intelligo, quæ φαυλίαι καὶ φαῦλαι dicuntur ab Euſtathio: alij, vt Beroaldus in Colum. πίτυρα exponunt oliuæ oſſiculum quem Græci πυρῆνα ἐλαίας vocant, ſanſamque Colum. ſiue, vt quidam codices habent, ſampſam, vel ſamſam: atque ita tranſtulit Interpres Strabonis: ſed ij ſine teſtimoniis mihi fidem non faciunt.

Πιτυριάω, furfuribus ſeu porrigine infeſtari quæ πιτυρίασις dicitur.

Πίτυρον, ου, τό, palea, furfur, & tam capitis ſordes, quàm farinæ purgamentum. propriè eſt pellicula quæ frumenti vel hordei grana integit & ab ipſis inter molendum abſcedit, ideoq; capitis etiam ſordes furfuribus ſimiles πίτυρα dicuntur vt & Latinis furfures. Vide Marcel. in Dioſc. Demoſt. pro Cteſiphonte Æſchini obiicit, quòd cùm aliàs turpiter atque ſordidè ab ineũte pueritia ſeruierit, tum puerum eum [illegible] appellat, hoc eſt, luto & furfure abſtergentem. Heſych. πίτυρα, [illegible].

Πιτυρώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, furfuraceus, furfuroſus, Interpres Dioſcor. lib.1.cap.80.

Πίτυς, υος, ἡ, pinus arbor, licet Plin. aliquando piceam transferat, quæ πεύκη Theophr. Πίτυν arborem, ſi exciſa ſit, ait Herodot. lib.6. non redditura ſobolem. Gel. l.8.c.4. pinum vertit carpẽs eundem Herodot. quòd parũ verè dixerit pinũ, i. πίτυν, vnam ſolamque arborum omnium cæſam nunquam denuo ex iiſdem radicibus pullulare. Theoph. hiſt. l.3.c.8. hoc de picea, i. [illegible] verum eſſe pronunciat, quod alioqui de pinu falſum: ſic enim ait, [illegible]. Plinius tamen dixit lib.16.cap.10. Larix vſtis radicibus non repullulat, picea repullulat, vt in Leſbo accidit, incenſo nemore Pyrrhæo. Magis tamen placet doctis hominibus noſtri ſeculi vt Mathiolo, pinum eſſe πεύκην, Theophr. quia eius plura genera, piceam verò quæ implet eſſe πίτυν?

Πιτυώδης, habens formam lactis coagulati. ita à πιτύα deduceretur pro quo ſcribendum eſſe πυτία ſupra oſtenſum eſt. propriè tamen πιτυώδης idem eſt cum πιτυοῦς pinis abundans. vel pinei frutici ſpeciem gerens πιτυώδη χροιὰν apud Plut. πιτυώδης καρπός, fructus pinus, conus ſiue meta. Theophr. lib.1.c.5. de Cauſ. plant.

Πιφαλλίς, Heſyc. πίφιγξ.

Πιφαύσκω, &

Πιφαύσκομαι, dico, nuntio, [illegible], ἐμφανίζω, Ho. Iliad. [illegible]. Et [illegible] πιφαύσκομαι, i. demonſtro, [illegible]. & ab Heſyc. πιφαύσκειν expon. nõ ſolùm [illegible], & ἐμφανίζω & σημαίνω, ſed etiam [illegible] & εἰς φῶς ἄγω. Ho. Ili. μ. [illegible] χειμερίοιο [illegible]. vbi Euſtath. annotat πιφαύσκουσα non accipi ſolùm pro λέγειν ſed & pro [illegible]. Heſiod. [illegible] πιφαύσκειν, non inſcita loqueris. Πιφαύσκειν, conſiderare, [illegible]. Nican. in Ther. [illegible] πιφαύσκειν. ſuperius dixerat [illegible].

Πίφιγξ, auis quædam aquatica: aliàs πίπιγξ. apud Ariſtot. Gaza piphex vertit. dicitur ab Heſych. etiam πιφαλλίς, exponitúrque κορυδαλός. galerita, alauda.

Πίω, inuſitatum thema eſt, à quo πίνω & πιπίσκω deriuata ſunt & tempora quædam ſua mutuantur hoc fut.1. πίσω, & aor. ac ἔπισα illud, fut. πιῶ, & aor.2. ἔπιον ab eodem quum etiam verbalia illa ποτός, ποτήρ, [illegible] & ſi qua his ſunt ſimilia.

Πίειρα γῆ, terra pinguis & vber.

Πίων, ονος, ὁ καὶ ἡ, pinguis, opimus, vber, obeſus, ſaginatus, [illegible], πλούσιος, [illegible], opulentus. ἐν πίονι νηῷ, in opimo téplo, Hom. Iliad. β, [illegible]. (vt Ennius, Pinguis vbi, & placabilis ara Paliſci: aliter tamẽ Macrob.) πίονας ἀγρούς, idem in Odyſſ. Heſiod. [illegible], &c.

Πλαγά, Dores [illegible] πληγήν, plagam, ictum, Heſ. ſic apud Suid. [illegible] πλαγάς, planctus pectoris: de Electra quæ [illegible], quod & κοπετός.

Πλάγαι, idem Heſ. dici ſcribit τὰς συμπληγάδας πέτρας, ſymplegades quæ & πλαγκταί.

Πλάγγος, ου, Ariſtot. hiſt. anim. lib.9.cap.32. plancus, aquilę ſpecies ſecunda magnitudine & vi quam dicit [illegible] & μορφνόν. vide Plin. lib.10.cap.3.

Πλαγγών, Heſ. eſt κήρινόν τι κοράσιον, iuncula cerea, puppa cerea: tracto nomine [illegible] ſed exponit etiam σφαῖρα, [illegible] & [illegible] apud Suid. eſt [illegible] Πλαγγόνιον. Heſyc. fuiſſe dicit μύρον τι apud Athenienſes. cuius Pollux quoq; meminit ſcribens denominatum eſſe ἀπὸ τῆς Πλαγγόνος: intelligens vt opinor, Plangonẽ meretricem Mileſiam quam Athen. lib.13. [illegible] fuiſſe tradit.

Πλάγια, τά, latera. εἰς τὰ πλάγια, ad latera, in latera. εἰς πλάγια σείειν, in tranſuerſum ſeu obliquum quatere, Ariſtot. de mundo. κατὰ πλάγια, per latera Xenoph. in Pæd.

Πλαγιάζω, μ. άσω, π. ακα, obliquo, in tranſuerſum deflecto (vt πλαγιάζειν τὸν ἵππον apud Pollucem, i. equum per curſus ac recurſus non conciſo flexu conuerto [illegible], ſed obliqua longáque circunductione) per obliquum enuntio, circumeo dicit Quintil. Actiu. Πλαγιάζειν vocabulum eſt luctæ, vt [illegible] apud Pollucem.

Πλαγιασμός, q. obliquatio, Hermog.

Πλαγίαυλος, ὁ καὶ ἡ, qui obliquis tibiis canit, vnde πλαγιαυλίζω, [illegible] obliqua tibia cano. Euſtath.

Πλαγιόκαρπος, ὁ καὶ ἡ. apud Theophr. hiſt. lib.1.c.23. & lib.3.c.vlt. obliquè fructum ferens, atque à lateribus. Plin.

Πλαγιόκαυλος, cui caulis tendit in latus, cui caulis obliquus, The.

Πλάγιος, ου, ὁ, obliquus, vt ἐγκάρσιος, tranſuerſus: diuerſus: in latus ſe vertens. τὰς πλαγίας τάφρους, foueas obliquas, Theophr. lib.3.c.7. de Cauſ. plant. πλαγία θύρα, poſticum, cap.1. Daniel. πλαγία φάλαγξ. Vide in Append. de vocab. milit. ἐκ τοῦ πλαγίου, à latere. εἰς τὸ πλάγιον, in latus. κατὰ τὸ πλάγιον, ad latus.

Πλαγιοστεγάστατος, ου, τό, cum obliquo conſtructum.

Πλαγιοφύλακες, qui obliqua ſeu latera aciei cuſtodiunt, vide Æliã in Tacticis.

Πλαγιόω, idem quod πλαγιάζω, obliquo, in obliquũ ſeu latus flecto, in tranſuerſum flecto.

Πλαγίως, obliquè, doloſè, δολίως, non apertè, ænigmaticè.

Πλαγκτήρ, ῆρος, vagus, erro, erroneus Colum. in Epigr.

Πλαγκτός, οῦ, idem quod ſuperius vt πλαγκτὸν ὕδωρ, in Epigr. erratica aqua. πλαγκτὸν [illegible], ibidem. dicuntur vero & πέτραι quædã πλαγκταί, ἀπὸ τοῦ [illegible], alio nomine συμπληγάδες dictæ quæ in mari vagari credebantur atque inter ſe collidi nonnũquam πλάζεσθαι ἀπὸ τοῦ πλάζεσθαι [illegible] etiam ſtolidus, ſtultus, amens, Heſych. enim πλαγκτόν exponit non ſolùm [illegible] ſed etiam [illegible] τὰς φρένας βεβλαμμένον itémque [illegible] quo vocabulo Ho. vtitur Od. φ.

Πλαγκτοσύνη, πλάνη, vagatio. Liu. Od. ο, πλαγκτοσύνης [illegible].

Πλάγξομαι, errabo. [illegible] πλάγξομαι: à πλάζομαι, πλεονασμῷ τοῦ γ.

Πλάγχθην, erraui, πλάγχθη, [illegible] & πλαγχθείς, percuſſus, errans. à πλάζω. πλαγχθεὶς [illegible], de via errans, Eurip.

Πλαδᾶν. apud Suid. in manuſ. Cod. expoſitũ [illegible], item πλάζειν.

Πλαδαρός, ά, όν, vuidus, vliginoſus, præ nimia humiditate flacceſcens, humidus, ὑγρός, laxus, mollis & flaccidus, imbecillis, li. 4. Epigr. [illegible]. πλαδαρὰ σαρκός, mollis ſpongioſæque carnis, Ruellius carnis inutilis & fluidæ Barbar. & Marcel. lib.2. Dioſcor. cap.137. & lib.5.c.7. [illegible], humida gingiuarum vitia, diffluentes humore gingiuæ;

Στυπτηρία, ας, ἡ, alumen, παρὰ τὸ στύφειν : aſtringit enim potentiſſimè. Eſt tamen facultatis calidæ, vt & alia aſtringentia Chalcanthum, Miſy, Chalcitis, atque id genus erodentia quæ & calidæ & aſtrictoriæ facultatis ſimul, non vt alia στυπτικὰ frigidæ. Aluminis tantum tres ſpecies, apud Dioſcoridem, στυπτηρία σχιστὴ, στρογγύλη, & ὑγρὰ, Alumen ſciſſile, rotundum & liquidum. Eſt & στυπτηρία τριχῖτις, πλακῖτις, καὶ πλινθῖτις, apud Galenum libro nono Simplici. Idem libri ſexti, ... capite primo. Liquidum, etiam ... dici ſiue ... affirmat, quod & Plinius comprobat libro 35 capite 15. Alumen autem non eſt niſi ſalſugo terræ: éſtque liquidum aut concretum. In officinis aluminis hę ſpecies, Plumoſum quod pro ſciſſili vendunt, quódque eſt ἀμίαντος λίθος Dioſcoridis, alumen etiam vocatus à Quadrigario : Alumen de rocha indictum veteribus, non enim eſt, vt quidam cenſuerunt, alumen liquidum. Alumen Zuccharinum quod fit ex alumine de rocha, quod nec στρογγύλη στυπτηρία Dioſcorid. Alumen Catinum, quo vtuntur vitriarij in fornacibus vt vitrū repurgetur & niteſcat, quod conficitur ex cinere herbæ quā ſodam vocant: & Arabes Kali, quæ non eſt Anthyllis Dioſcoridis : Alumen Scaiolum, quod paratur ex gypſi genere quodam, qui lapis eſt ſpecularis Plinij) non verò Selenites Dioſcoridis vel Aphroſelinos etiam Galen. nec quem talcum vocant, ... vel ... dictus ab Aetio & Ægineta. Fit & alumen ex vini fecibus adustis.

Στυπτηρία χαλκῖτις, apud Hippoc. i. Chalcitis, ἡ χαλκῖτις etiã ſimpliciter dicta.

Στυπτηριώδης, alumen ſapiens, aluminoſus. vnde apud Gal. ὕδωρ τὸ στυπτηριῶδες.

Στυπτικὸς, ή, ὸν, aſtrictorius Plin. & ſtypticus: guſtum aſtringēs: ſpiſſandi vim habens. acerbus: à στύφω. τὸ ..., ... , ... στυπτικὸν, id eſt, ſiccitas, & acritas, & acerbitas, Theophraſtus libro ſexto de cauſis plantar. ... , quæ auſtero ſapore eſt, tranſtulerunt Ruellius & Barbarus libro tertio Dioſcorid. capite 152. Galenus Simplic. libro vndecimo, capite περὶ ..., ... Dioſcoridem infamat & traducit, quòd dixerit ... τὸ ... inquit, τὸ δριμὺ ... vt & quidam vocabuli ſignificatione abutebantur ... Sed Dioſcorides libro ſecundo, capite 94. cùm dixiſſet de taurino adipe, ... : ſubiecit ſolùm, ... Quibus ſatis conſtat per στυπτικὸν non τὸ δριμὺ intellexiſſe, quia dat dyſentericis. Et στύφειν non tantum aſtringere, & στυπτικὸν quę aſtrictoriā vim habēt: ſed etiam ſignificat ſpiſſare, vnde ... id eſt, ſpiſſamenta. Promptius autem adeps captinus ſpiſſeſſit: atque ex hac ſpiſſitate ſiue ſpiſſitudine Senecæ, cur non στυπτικὸν dici poſſit & dyſentericis congruere? Disertè autem idem Dioſcorides τὸ δριμὺ & στυπτικὸν diſtinguit, vt cū cap. ſequenti περὶ χηνὸς ait, ... non autem στυπτικὸν dixit. Quare & Galen. noſter homo eſt, & errat ipſe aliquando. vide στύφω.

Στυρακίζω, μ. ίσω, traho, pungo, ſtimulo, & ſtyracem refero, apud Dioſc. l. 2. c. 109. τὸ ... Heſyc.

Στυράκινον μύρον, ſtyracinum vnguentum, de quo Dioſc. l. 1. ſtyracę confectum.

Στυράκιον, τὸ, haſtile, aut potius ſpiculum ſeu cuſpis. Valla pro ſpiculo exp. apud Thuc. l. 2. Interp. verò ait eſſe id quod vocatur ... τῆς ...

Στύραξ, ακος, ὁ, ſtyrax. arbor Syriæ cotoneo malo ſimilis: Cuius etiam lachryma στύραξ, & ſtyrax Latinè vocatur. ſtoracem appellant officinæ. Ex ea fiunt ſuffitus. Optima fuit Calamitis dicta, quòd in calamis & arundinibus liquida afferretur. Arabum tamen ſtyrax liquidus, eſt myrrha ſtacte. Lege Dioſc. libro primo. capite 80. Plinium libro duodecimo, capite 17. & 25. Ariſtotelem quarto Anima. Theophraſtus libro nono, hiſtor. capite ſeptimo ſtyracem vnguentis miſceri ſolùm prodidit. Plura Galen. libro primo de Antidotis. Στύραξ, teli cuſpis, ... Pollux libro primo, ... Vnde στυράκιον, id eſt, ſpiculū, vt rectè vertit Valla apud Thucydidem libro ſecundo: vbi, ... Alij tamen vt Græcus Interpres Thucydid. Heſych. & Suid. contrario modo accipiunt, nempe pro cuſpide teli ima qua ſolo defigitur, quæ ... opponitur vocatúrque ... vt ſit ...

Στυφελίζω, μ. ίξω, ... euerto, quatio, pulſo, inceſſo, ... moueo, agito, perſequor, verbero, vinco, torqueo, ... proſterno, repello, repercutio Iliad. ... Pro inſectari & inceſſere: Apol. 2. Argon. ...

Στυφελισμὸς, οῦ, ὁ, contumelia, querimonia, iniuria, ira, motus, ... Ariſtophan. in Equitib. ...

Στυφελὸς, ή, ὸν, durus, fortis, aſper, turbulentus, moleſtus, difficilis. Apollonius ſecundo Argonautic. ... id eſt, ... & libro ſecundo Epigramm. id eſt. ..., durus, & libro primo, ... gutta dura ſeu acerba. Dionyſius Poeta, ... duram & difficilem terram. ...

Στυφοκόμπος, vel στυφοκόμπης, vt apud ſcholiaſt. Ariſtophan. dicitur de gallinaceo pugnaci, item de cothurnice teſte Heſych. Ariſtophan in Auib. ...

Στύφελος, terra arida & dura, Suid. item στυφελὸς idem quod στυφελὸς, & ex eo factum per ſyncopen, id eſt, aſper & difficilis. Lycophr. ... inſolentes & aſperos Miſeni tractu incolunt, id eſt, ... in Comm. Ariſtoph. in Equit. ...

Στυφὸς, ή, ὸν, idem quod στυπτικὸς aſtringendi vim habens adſtringens

gens Baſil. Homil. 5. in Hexaemer. at

Στύππη, ης, ἡ, ſtupa, lucrum, κέρδος, Heſych.

Στυφρὸς, ά, όν, grauis, ſolidus, conſtans, calloſus, retortus, duratus. Ariſtoteles libro ſecundo vocat κοιλίαν, id eſt, ventriculum auium quarundam στυφρὰν, id eſt, calloſam: ſic enim Gaza.

Στύφω, ψω, φα, astringo, συνάγω καὶ σφίγγω Galen. vnde ὑποστύφω, leuiter aſtringo guſtum. στύφειν τὴν δίψαν, Galenus ad Glaucon. adſtringere. στύφων τὴν γεῦσιν, aſper guſtu. vide in Στύμμα & Στυπτικός. Quidam χυμοὺς στύφοντας pro acribus & amaris acceperunt. Nicander in Alexipharmăch. ... Interpr. ... Ibidem tamē dixit propriè, ... Στύφω, etiam eſt ſpiſſo: vnde στύψεις καὶ στύμματα τῶν μύρων, id eſt, ſpiſſamenta, quæ vt dictum, & aſtringunt, id eſt, aſtrictoria qualitate laxiorem ſubſtantiam cohibent: & ſpiſſant, id eſt, corporis ſui mole liquidiorem ſubſtantiam ſpiſſiorem craſſiorémque efficiunt.

Στύψις, εως, ἡ, aſtrictio: cui opponitur χαύνωσις. aſtrictio dulcedini opponitur apud Galen. ad Glaucon. acerbitas. Στύψις, ſpiſſitas Plin. & ſpiſſitudo Senecæ, id eſt, παχύτης, craſſities: Et ſpiſſamentum, τὸ στύμμα, vt dictum in ea voce, & in εἶδος. τὰς τῶν μύρων στύψεις, ſpiſſamenta vnguentorum Dioſcorid. lib. 1. cap. 5.

Στωϊκοὶ, philoſophi ſic dicti ἀπὸ τῆς στοᾶς, quæ erat ipſorū ſchola, Etym.

Στώμιξ, ιγος, trabs lignea.

Στωμύλιος, garrulus, στωμύλος.

Στωμυλέω, ῶ, loquax ſum Heſ. vnde

Στωμυλήθρα, apud Athen. lib. δ, id eſt, loquaces conuiuæ, blaterones.

Στωμυλία, ας, ἡ, loquacitas, garrulitas, φλυαρία, ſcurrilitas Ariſtophan. in Ranis, εἶτ' αὖ λαλιὰν ἐπιτηδεῦσαι καὶ στωμυλίαν ἐδίδαξας. Interp. ...

Στωμυλιοσυλλεκτάδης, ου, ὁ, qui obliqua dicta facetiáſque colligit, πολυλογίας συνάγων, collector blateramentorum, Ariſt. de Eurip. in Ranis.

Στωμύλλομαι, στωμύλλω, garrio, φλυαρέω. vnde κατεστωμυλμένος apud Ariſtophan. Idem in Acharnenſ. ... id eſt, ...

Στωμύλλω, imperfectè loquor, deblatero, garrio, multa & arguta loquor, & per ſe manifeſta blatero. Ariſt. ... verba effutiens.

Στώμυλμα, ατος, τὸ, nugæ, loquacitas, futilis verboſitas, facetiæ, Budæus in epiſt. poſt. στωμύλματα, ſtulta blateramenta, argutiæ, nugæ lepores.

Στωμύλος, η, ον, multiloquus, lepidus, facundus, facetus, dicax, linguax, locutuleius, blatero, garrulus, verſutus, deceptor, adulator, nequam. Accipitur tam in bonam quàm in malam partem.

Σύ, Ariſtophan. in Pluto abſque verbo in vocatiuo, ... ὦ βδελυρὲ σύ.

Συάγρειος, aprinus: dicitur & συάγρειος libro ſecundo Dioſcorid. cap. 102.

Συαγρίδες, piſces de quib. Athen. li. ζ.

Σύαγρος, ου, ὁ, aper. Antiqui ſeparatim σῦν ἄγριον dixerunt. Vide Ælianum. Σύαγρος, canis, ἀπὸ τοῦ σῦς ἀγρεῖν. Sophocles, ... : citat Athen. lib. θ, vbi multa περὶ συάγρου.

Συαγρὶς pro σιαγρὶς ſcribi κατ' ἀναλογίαν teſtatur Athenæus libro tertio.

Συάγχη, ſues ſtrangulans, ſues ſuffocans, Heſych. συάγχη, ῥίζα ἣ τοὺς σῦς θηρεύουσι. Quibus verbis ſignificare videtur radicem qua venatores ſolent ſuffocare & capere apros.

Σύαρος, à ſue vocatus, quem Græci recentiores choerillam interpretantur, hoc eſt, porculum.

Συβασία, ας, ἡ, conuitium, & conſertio manuum, λοιδορία, ... Heſyc.

Σύας, άδος, ὁ, ſus, nam Heſychio teſte συάδες dicuntur οἱ σύες, ...

Σύβαξ, qui porcinis moribus eſt: vnde apud Heſychium legimus σύβακες, συώδεις: apud eundem legitur σύβαξ λάγνος, & Σύβακας ... vt ſignificetur procliuis ad venerem more ſuis, ſalax & libidinoſus in modum ſuis, eſſe autē libidinoſum animal ex verbi ... & latino ſubare colligi queat, præterea ex fœcunditate, bis enim quotannis parit.

Συβαρίζειν, deliciis indulgere atque genio, oppipare ac genialiter viuere, mollitie luxúque diffluere, τὸ τρυφᾶν. Apud Ariſtophanem in Pace, ... Συβαρίζειν. Interpres dici ait, ... Συβαριτικῶς. vide in Chiliad. Eraſm. Sybariſſare.

Σύβαρις, ιος καὶ ιδος, lautitiæ, conſummatæ deliciæ. Philoſtratus paſſim prouerbiali ſchemate vſurpat pro luxu & deliciis, ... & l. 6. ... qui ſummum bonum luxu metiebatur.

Συβαρίτης, qui ex Sybari eſt, Sybarites. Συβαριτῶν τράπεζα, vide Cōmentar. Ariſtoph. in Pace. Συβαριτικοὶ, breues & compendioſę fabulæ, μῦθοι βραχεῖς & σύντομοι.

Συβαριτικὸς, ή, όν, mollis, voluptuoſus. vnde συβαριτικὴ τράπεζα, de conuiuio dicebatur nimium apparato, Eraſm. Chiliad. συβαριτικοὶ μῦθοι, Sybaritica fabula, Aphthonius in principio τῶν προγυμν. Commentar. Ariſtophan. in Veſpis, & Auibus.

Συβήνη, ης, ἡ, arcus aut calamorum theca, ex ſuillo corio, pharetra. Suid. ... Ariſtophan. in Theſmoph. ... Apud Pollucem ita tamen ſcriptum, ... Sed per ὴ ſcribendum in penult. etiam confirmat Heſych. codex, in quo συβήνη etiā ... Et Συβίνη per ι ... haſta qua apri figūtur, ſeu rete quod ſuibus feris ſeu apris tenditur.

Συβόσιον, ου, τὸ συφόρβιον, grex porcorum. Od. ξ, ... Heſyc. συφόρβια.

Συβριασμὸς, οῦ, ὁ, ſtrepitus in conuiuiis, Heſyc.

Συβώσια, τὰ, id eſt, ... apud Pollucem καὶ ... (legend. ... vel ...) ..., ſtabulum porcorum, ſuile vocat Columella.

Συβώτης, ου, ὁ, prima breui, porculator Columel. ſubulcus, χοιροβοσκὸς, συοφορβός. Hom. ... Plato 2. de Rep. ...

Συβωτικὸν ᾆσμα, porculatorum ſiue ſubulcorum cantilena, apud Pol. Συβώτρια, ἡ, ſubulca, Pol.

Συγγάλακτος, collactaneus, collacteus Martiali.

Σύγγαμβροι, οἱ, mariti duarum ſororum, ὁμόγαμβροι, ... Pol.

Σύγγαμος, ου, ἡ, vxor.

Σύγγαμος, ου, ὁ, affinitate quadā iunctus, generis affinitate propinquus, idem genus ſubiens. pro riuali, Eurip.

Συγγέγονε, congreſſus eſt, coiit, compreſſit, Dat.

Συγγενεαλογέω ἐμαυτὸν, ſimul originem meæ familiæ recenſeo. Eſt apud Herodotum in Euterpe, ... cum & ipſe referrem mei generis ſeriem. Ionicum eſt pro συγγενεαλογέω.

Συγγένεια, ας, ἡ, conſanguinitas, affinitas, cognatio, propinquitas, ſocietas propinquorum, coniunctio ſanguinis, proximitas, familia, germanitas, neceſſitudo. ... Plato in epiſtol. ... piſciū diuerſa genera coire viſum non eſt, Ariſtot.

Συγγενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, cōſanguineus, affinis, cognatus, propinquus, ſobrinus, eiuſdem generis, genere propinquus, cognatione quadam coniunctus, neceſſarius, gentilis, natiuus, congenitus. Συγγενεῖς Polluci, ... Ariſtotel. ... &c. congenitus ſpiritus, &c. ſic Budæus vertit. Plato cum Genitiu. iunxit epiſtola ſeptima, ξυγγενὴς τοῦ πράγματος, cognatione quadam cum re coniunctus. συγγενὴς τοῦ Φαβίου, Fabij neceſſarius, Plutarchus in Fabio. οἱ συγγενεῖς, nobis ſanguine cohærentes: ſic Quintilian. συγγενεῖς καὶ οἰκεῖοι, cognati & propinqui, Plat. de Leg. τὸ συγγενὲς, neceſſitudo, cognatio, propinquitas.

Συγγένεσις, colloquium, ὁμιλία, congreſſus καὶ συνουσία, Heſych.

Συγγενέτειρ' ... coniunx, Plato de Legib. vbi videtur de vxore dici.

Συγγενίδες, αἱ, conſanguineæ: reſpuit Pol.

Συγγενικὸς, ή, όν, innatus, naturalis, cognatus, congenitus, apud Ariſtotelem. συγγενικαὶ τρίχες, pili congeniti, qui & συγγενεῖς, vt ὀφρύες & βλεφαρίδες: Alij ſunt ὑστερογενεῖς, vt ... & ... συγγενικὸν νόσημα, gentilis morbus, hæreditarius morbus, Plutarchus in Pericle. συγγενικὰ ἐγκλήματα, propinquorū crimina, idem in Themiſt.

Συγγενίζω, congenero.

Συγγεγραμμένοι πατέρες, conſcripti patres.

Συγγεωργὸς, οῦ, ὁ, ſocius in cultura agri, ξυγγεωργὸς, Ariſtophanes in Pluto.

Συγγηράσκω, conſeneſco. Neut. abſol.

Σύγγηρος, ὁ καὶ ἡ, ſociam ſenectutem habens, conſeneſcens, in Epigramm.

Συγγίνομαι, ſimul exiſto, ſimul naſcor: conuenio, coeo, ὁμιλέω, cōmercium habeo cum aliquo, collocor, verſor cum, congredior, adſum, interſum, adhæreo, ſum frequens, ſum familiaris. Depon. Datiuo. συγγίνομαί σοι, me tibi in congreſſum do & colloquium, tibi congredior. Ariſtophan. ... venire cum nubibus in colloquium. Plato in Epiſtol. ξυγγιγνόμενος ἄλλοις, id eſt, cum aliis verſans & agens. Idem de Republica libro primo, ...

διὰ φύσιν, id eſt, difficilis eſt eorum conſuetudo & familiaritas. Συγγίνεσθαι, coire, concumbere, rem habere. Ariſtoteles libro quinto de moribus ad Nicomach. καὶ γὰρ εἰ συγγένοιτο γυναικί, καὶ εἰ τοῦ. Idem Rhetoricorum libro ſecundo. καὶ συγγίνεσθαι οἷς ἂν δέῃ, καὶ ὅπου ἂν δέῃ, καὶ ὅτε μὴ δέῃ, ἐπὶ ἀκολασίας γάρ. Plato de Republic. primo, οἷός τε ἀφροδισίων γυναικὶ συγγίγνεσθαι; potes rē cum muliere habere? συγγενομένη τῷ Θησεῖ, compreſſa à Theſeo, Plutarchus in Theſeo. Συγγίνεσθαι aliquando ad res refertur, vt συγγίνομαι τῇ παιδείᾳ, in ſtudio literarum verſor. συγγίνεσθαι λόγῳ, ad orationem venire, Ariſtotel. in Rhetoric. συγγενόμενοι τῇ ὑφηγήσει, Plato de Legib. συγγινομένη τῷ τρόπῳ τοῖς μέλλουσιν ὡς παροῦσι, informatio quæ futura non minus quàm præſentia contingat, Nazanzenus in Oration. Συγγίνομαι, auxilior, adſum, συνεργῶ, συμπράττω, συμμαχῶ. Sophocles, Οἱ θεοὶ πατρῷοι συγγένεσθ᾽ ἀλλὰ νῦν, i. συμμαχήσατε ἡμῖν καὶ νῦν.

Συγγινώσκομαι, &

Συγγινώσκω, ignoſco, tribuo veniam & habeo. Quintilianus excuſationem in bonam partem accipio, ſimul cognoſco, ſimul intelligo, τὸ αὐτὸ γιγνώσκω καὶ ὁμογνώμων εἰμί, approbo, cōprobo. Datiuo. συγγίνωσκέ μοι, Ariſtopan. συγγνώσῃ μοι, ignoſces mihi. Chryſoſtomus, ὅτι ἱερατικοῖ, συγγνώσεται σοι τῆς ἁμαρτίας, Euripides. συγγνῶναι τῆς ἁμαρτίας, id eſt, μὴ τιμωρήσασθαι, Thucydid. συγγνώμης τυχεῖν ἀξιῶ, dari mihi veniā poſtulo, Budæus in epiſtolis prioribus, συγγινώσκομαι ἐμαυτῷ οὐκέτι εἶναι δυνατὸς τοῖς πράγμασι ἀνέχειν, mihi ſum conſcius non eſſe amplius parem rebus obeundis, Herodotus. συγγινώσκομαι τοῦτο εἶναι ἐμὸν, in me culpam huius rei eſſe agnoſco, idē. συγγνωσάμενοι, non ignorantes, agnoſcentes, aſſentientes, cedentes, idem Herodotus. συγγινώσκω σοι τῆς ἀγνοίας, quòd deceptus ſis, ignoſco, Philoſtrat. συγγινώσκομεν αὐτοῖσι ἡμῖν οὐ ποιήσασι ὀρθῶς, agnoſcimus nos haud rectè egiſſe, Herodotus. ἔπαυσε δέ οἱ οὐ συγγινώσκων λέγειν ἀληθέα, hunc Xerxes negans locutum vera, idem. συγγνοὺς ἐγώ, ego meum erratum agnoſcens, idem. συγγνόντες τοῦτο, hoc agnoſcentes, idem. συγγνόντες ἀδικέουσι, ſuam culpam agnoſcentes.

Συγγνώμη, ης, ἡ, venia, ignoſcentia Gellio. συγγνώμη πολλὴ αὐτοῖς. Demoſthen. ἡ συγγνώμη, &c. venia danda Thucydid. συγγνώμης ἄξιος, Euripid. συγγνώμης τυχεῖν, veniam impetrare, Demoſth. Pro quo & συγγνώμην λαμβάνειν, Demoſth. συγγνώμης ὑμῶν τυγχάνειν ἀξιῶ, vt à vobis impetrem, mereor, Thucydid. ſic Valla, volo mihi veniam detis, id eſt, ἀξιῶ ὑμῶν συγγνώμης ἐπιτυχεῖν. Συγγνώμην διδόναι, Polybius libro ε. Et Heliodoro, συγγνώμην νέμειν, veniam dare Cic. ignoſcere, tribuere veniam Quintil. ian & Plin. in ep. Pro eod. etiam dicitur συγγνώμην ἔχειν, i. veniā habere. Quintil. συγγνώμην ἔχω σοι, veniā do tibi, Thucy. ἀνδρὶ συγγνώμην ἔχω, viro ignoſco. Plat. de Rep. πολλὴν τοι συγγνώμην ἔχει, καὶ ἐν ὀργίζεται τοῖς ἀδικοῦσι. Iſocrates in Euagora, ἡ πολλὴν αὐτοῖς ἔχω συγγνώμην, ipſis veniam dandam cenſeo. πατὴρ τούτων συγγνώμην ἔχει, in his pater dat veniam, Sophocles. συγγνώμην ἔχετε, ignoſcite, Demoſthen. & Plato de Legib. Interdum συγγνώμην ἔχει ſignificat venia dignum eſſe. Hermogenes de Inuent. χαλεπώτερος ἐστὶν ὁ πολίτης ἀδικῶν τοῦ πολεμίου· ὁ μὲν γὰρ διὰ τὸ γένος συγγνώμην ἔχει· ὁ δὲ πολίτης διὰ τὸ πολίτης εἶναι, τὸ μισεῖσθαι, id eſt, ille quidem propter nationem venia dignus eſt. συγγνώμης τι ἔχω, ſum venia dignus, Thucydid. συγγνώμην ἔχει, id eſt, δεῖ συγγνώμης τυχεῖν αὐτόν. Συγγνώμην εἶναι, veniam dandam eſſe Idem Iſocrates in Helena, ... συγγνώμη ... ἔχει τὴν διαίτην, vt Plin. hæc bello quæſiſſe venia ſit. Συγγνώμης ἁμαρτάνειν, Polybius libro ε, veniam non impetrare & conſequi. Idem dixit, συγγνώμην ἀπεργάζεσθαι, facere vt quis ignoſcat, commiſerationem mouere. Dicitur etiam συγγνώμη, ſtatus vnus ex aſſumptiuis, quum reus crimen quod obiicitur, transfert in rem aut perſonam quæ iudicio non eſt obnoxia, vt ſcribit Hermogen. conceſſio à Trapezunt. exponitur. Latinè etiam dici poteſt venialis ſtatus, & deprecatio. Συγγνώμη, moderatio animi & æquitas, facilitas in decernendo Ciceroni ad Q. fratrem. Cui etiam in Partit. Lenitas eſt iuſtitia in moderatione animaduertendi. Hæc ex boni & æqui ratione pendet quæ ἐπιείκεια vocatur, qua non ſummo iure vel dicta vel facta exiguntur atque examinantur. Ariſtotel. ἠθικῶν Νικομ. libro ſexto. capite vndecimo, Ἡ δὲ καλουμένη γνώμη, καθ᾽ ἣν συγγνώμονας καὶ ἔχειν φαμὲν γνώμην, ἡ τοῦ ἐπιεικοῦς ἐστι κρίσις ὀρθή. σημεῖον δέ, τὸν γὰρ ἐπιεικῆ φαμὲν εἶναι συγγνωμονικόν, καὶ ἐπιεικὲς τὸ ἔχειν περὶ ἔνια συγγνώμην. ἡ δὲ συγγνώμη γνώμη ἐστὶ κριτικὴ τοῦ ἐπιεικοῦς ὀρθή, i. recta eſt ſententia quæ iudicat ex æqui & boni ratione. Apud Plutarchum in Opuſcul. ... καὶ συγγνώμης, καὶ μετριοπαθείας, clementiæ & moderationis. Συγγνώμη inde ἀπὸ τοῦ συγχωρεῖν, permiſſus ſiue permiſſio, conceſſio, & indulgentia, cum in bonam partem ſumitur, vt ſæpiſſimè apud Plin. Secund. Paulus primæ ad Corinthios capite ſeptimo, de coniugio loquens, μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρόν, ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχησθε, (vt denuo in vnum conueniatis. Sed Interpretes ex fine cauſa præceptum efficiunt. Nam quaſi ſcriptum eſſet συνέρχεσθε, cōuenite exponunt) ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν. τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ᾽ ἐπιταγήν. Hoc autem (nēpe quod ſuperius dixerat, διὰ δὲ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω, καὶ ἑκάστη τὸν ἴδιον ἄνδρα) dico permiſſionis conceſſioniſque modo, non præcepti. Quibus coniugium vel continentia rectè vtenti permittitur, non verò ἐπιταγῇ & præciſè ſingulis imperatur (eſſet enim vtraque duriſſima vitæ conditio) in quo ſumma Dei indulgentia elucefcit.

Συγγνωμαι, τὸ, apud Thucydid. ponitur pro συγγνώμης ἄξιον, venia dignum.

Συγγνωμοσύνη, ἡ συγγνώμη. συγγνωμοσύνη non dicitur, ſed συγγνώμη, Phrynich.

Συγγνωμονικός, lenis & facilis, procliuis ad ignoſcendum, ad veniam pronus, clemens & facilis in condonandis maleficiis: cui opponitur τιμωρητικός. Ariſtoteles Rhetoric. libro ſecundo, καὶ τὸ μὴ συγγνωμονικοὺς τοῖς φαινομένοις ἁμαρτάνειν. Virgilius faciles Nymphas dixit, id eſt, συγγνωμονικάς. vide Συγγνώμων. Idē quarto Ethicorum, Οὐ γὰρ τιμωρητικὸς ὁ πρᾶος, ἀλλὰ μᾶλλον συγγνωμονικός. Συγγνωμονικός, venia dignus, συγγνωστός. Idem Ariſtoteles Ethicorum quinto, Ὅσα μὲν γὰρ ἁμαρτάνουσιν ἀγνοοῦντες, ἀλλὰ καὶ δι᾽ ἄγνοιαν ἁμαρτάνουσι, συγγνωμονικά. Idem, Ὅσα δὲ διὰ πάθος μήτε φυσικόν, μήτ᾽ ἀνθρώπινον, οὐ συγγνωμονικά. Συγγνωμονικὸς ἀφορμή dicitur ab Hermogen. venialis locus. Συγγνωμονικαὶ αἰτίαι, conceſſio.

Συγγνώμων, ονος, ὁ, mitis, miſericors, συμπαθής, οἰκτίρμων, ἐλεήμων, dans veniam, & venia dignus, Thucydid. indulgens, clemens & facilis, fauens. vnde ἀσυγγνώμων. συγγνώμονα εἶναι τῶν εἰρημένων, Euripid. dare veniam de dictis, ob dicta. Xenophon. ... συγγνώμονας ... εἶναι, à diis veniam expoſces. Συγγνώμων, item ſignificat conſentientem, qui eſt eiuſdem ſententiæ.

Συγγνώσομαι, ignoſcam.

Συγγνωστός, ὸν, ὁ, ignoſcibilis Gellio id eſt, dignus venia, ignoſcēdus, cui ignoſcendum eſt, deprecabilis. συγγνωστός ἐστιν ἐλέους ὁ ἐλάχιστος, minimo conceditur miſericordia, Sapient. 6. συγγνωστὸν ἂν ἦν σοι, Euripid. venia tibi eſſet danda, ignoſcendum erat, ſeu eſt.

Σύγγονος, ου, ὁ καὶ ἡ, frater, ſoror, ἀδελφός, συγγενής, cognatus, conſanguineus, congenitus.

Σύγγραμμα, ατος, τὸ, volumen, commentarium, ὑπόμνημα, quodcunque opus, commentatio, liber. Xenophon, καὶ Πρόδικος δὲ ὁ σοφὸς ἐν τῷ συγγράμματι τῷ περὶ τοῦ Ἡρακλέους. Iſocrat. pro libro libera & ſoluta oratione conſcripto. τοὺς συμβουλεύοντας καὶ τῶν ποιημάτων καὶ τῶν συγγραμμάτων χρησιμώτατα μὲν ἅπαντες νομίζουσι, &c. Ammon. diſtinguit à σύνταξις.

Συγγραφεύς, έως, ὁ, hiſtoricus, author, id eſt, librorum compoſitor. vide Ἱστοριογράφος in Ammon. συγγραφεῖς δέκα, decem ſcribæ, Thucyd. ſic & Iſoc.

Συγγραφή, ῆς, ἡ, compoſitio, ſcriptio à Cicerone dicitur, vt Tuſculan. 5. A quo non modò impulſi ſumus ad philoſophicas ſcriptiones, verumetiam laceſſiti. ... συγγραφήν, Ariſtid. συγγραφὴ, ἡ συνθήκη γεγραμμένη, Thucydid. Interpr.

Συγγραφή, τὸ σύγγραμμα. liber, volumen. Pauſanias in Achaicis, ... ὁ λόγος καὶ ἐν τῇ Ἀτθίδι συγγραφῇ, &c. Συγγραφή, hiſtoria, σύνταξις. Idem Pauſan. ... συγγραφὴν περιεχόμενα. Συγγραφή refertur aliquando ad forum, & ponitur pro chirographo, ſyngrapha, hoc eſt, ſtipulatione & cautione. Neque ſemper obligatione reciproca conſtabat, ſed etiam vnius tantùm ſponſione & alterius ſtipulatione. vide in Chiliad. Eraſm. Ex ſyngrapha agere. Aſconius Pædianus ſyngrapham à chirographo diſtinguit, quòd in hoc tantū quę geſta ſunt, ſcribi ſolent: in ſyngrapha verò etiam contra fidem veritatis pactio venit. Syngrapha eſt cautionis & ſatiſdationis memoria conſignata. Syngraphæ etiam dicuntur tabulæ & chirographæ ſeu chirographa, id eſt, cautiones manu alicuius ſubſcriptæ anulóve obſignatæ, quas ipſe inficiari nequit, Budæus in Annotat. in epiſtol. & in dictione Compactum, Demoſthen. contra Lacrit. Ἔστιν αἱ συγγραφαὶ συγγεγραμμέναι τουτωνί.

Συγγράφομαι, &

Συγγράφω, ψω, φα, conſcribo, id eſt, compono hiſtorias, vel poemata, συντάττω, cum alio ſcribo, literis mando, in ſcriptum refero. ... trado, præcipio. Actiu. Accuſatiuo. συγγράφω ... Demoſthen. συγγράφεσθαι τὴν μαρτυρίαν, Idem Demoſthen. συγγεγραμμένοι πατέρες, conſcripti patres, Plutarchus in Romulo. τὰ συγγεγραμμένα, commentata, Budæus in Commentar. in epiſtol. in dictione Commentari. Συγγράφεσθαι, ſcripto cauere vel per ſyngrapham. Cauere autem ab aliquo, eſt ſatis accipere, ſtipulari: cauere alicui, eſt ſatiſdare. Athenæus libro ſexto de Me-

necrate medico, [illegible] &c. Vt autem qui puerum locat artem quandam edocendum, ſtipulari ſolet, & a conductore magiſtro cauere quid oporteat eum ediſcere, ac tum demum locare: ita & in equo locando faciendum, cum domitor inſtituendum ſuſcipit.

Συγγυμνάζω, coexerceo, ſimul exerceo.

Συγγύμνασμα, ὁ, q. coexercitamentum, certamen, exercitatio, Sapientiæ 8.

Συγγυμναστὴς, ſocius exercitationum, Plat. in Leg.

Σύγε tu quidem, dicitur vt ἔγωγε, equidem. Ariſtoph. [illegible], ilicò tu obliuiſceris.

Συγκαθαγίζω, μ. ίσω, π. κα, vna conſecro, vna adoleo: item vna vro Pauſan.

Συγκαθαιρέω, vna euerto, in euertendo adiuuo. Theoph. affertur ex Herodoto [illegible] pro [illegible] expoſ. certant na obtinet vel vincit. vnde [illegible] quod expon. vna euertere, demoliri, eſt enim propriè [illegible], vna cum alio detrahere & in detrahendo ſeu deponendo adiuuare, καθαιρεῖν enim non eſt tollere ſeu attollere ſed detrahere.

Συγκαθαρμόζω, compono, diſpono. Soph. [illegible]

Συγκάθεδρος, ὁ, aſſeſſor.

Συγκαθέζομαι, conſideo.

Συγκαθείργνυμι, &

Συγκαθείργω, ſimul includo, & in eodem loco cohibeo. Lucianus, [illegible], cum leone coniectus in caueam, leoni commiſſus.

Συγκάθεσις, demiſſio, quâ quis ſe alicui ſubmittit & cedit contentio, i. comparatio, collatio.

Συγκαθεύδω, vnà dormio, Plato in Leg. condormire & condormiſcere dixit Plautus.

Συγκαθέψω, ſimul coquo, & concoquo.

Συγκάθημαι, conſideo, ſimul ſedeo.

Συγκαθιδρύω, ſimul colloco.

Συγκαθιερόω, vna conſecro ſeu decido.

Συγκαθίζω, ſimul ſedeo, Bud. in epiſt. poſt.

Συγκαθίημι, μ. ήσω, π. κα, ſimul demitto, συγκαταβαίνω. Actiu. Accuſatiu.

Συγκαθίστημι, ſum vnus ex authoribus, ſimul tranſigo, συμβιβάζω. συγκαθίστη, συνεβίβαζε, conſtituit, confirmauit, Thucyd. Interpr.

Συγκαίω, aduro, comburo.

Συγκακοπαθέω, ſimul affligor, ſum aſſlictionum particeps.

Συγκακουργεῖν, colludere iuriſconſultis: & colluſione litigare dicit Vlpian. Libanius, [illegible], damnauit eum apud iudices volentem ac colludentem. [illegible] dicit Plutarch. alias συγκακουργεῖν propriè ſignificat ſimul cum aliquo malitioſè aliquid facio.

Συγκακούργημα, res per colluſionẽ actoris & rei tranſacta, ex quo genere eſt præuaricatio, i. [illegible].

Συγκακουργία, eſt quæ colluſio a iuriſconſult. appellatur, & à Cicer.

Συγκακουχέομαι, vna conflictor, vna affligor. [illegible] Paul. de Moyſe loquens.

Συγκαλέω, μ. έσω, π. κα, conuoco, inuito, accio, [illegible], concionem aduoco, & cogo. Plutarchus in Solone. Actiu. Accuſatiu.

Συγκαλινδεῖσθαι, conuolui, vnà volutari.

Συγκαλλύνειν, conuerrere. Ariſt. in Probl. [illegible] vide Καλλύνω.

Συγκάλυμμα, q. coopertimentum.

Συγκαλύπτομαι, me contego, cooperio Cicer. Ariſtophanes in Pluto, [illegible], id eſt, faciem obnupſi, vel me cooperui.

Συγκαλύπτω, μ. ψω, π. φα, cooperio, συγκαλύπτω, [illegible].

Συγκάμνω, μ. καμῶ, ſimul laboro. Neut. abſol. Soph. [illegible], i. adiuua.

Συγκαμπαί, incuruæ. Gaza digitos vertit libro tertio Animal.

Συγκάμπτομαι, cõuoluor, vnde participium [illegible] conuolutus in ſe, & conglobatus, vt Fetus in vtero Ariſt.

Συγκάμπτω, inflecto, incuruo, contraho, circumago,

Σύγκαμψις, inflexio, incuruatio.

Συγκαρπωθῆναι dicuntur frumenta cùm radices agunt ſiue radicantur Plin. Pollux, [illegible]. Vide & Pherecrates, [illegible]. Vide Καρπωθῆναι.

Συγκασιγνήτη, i. germana ſoror, Eurip. in Alceſt.

Σύγκασις, frater, ſoror, Eurip.

Συγκαταβαίνω, vna deſcendo à Polybio ponitur pro deſcendo in locum hoſti æquum: apud Ariſtotelem Politic. 7. loco conuenio, incurro: à Polybio item ponitur pro demitto me, dedo me, flecto animum meum.

Συγκατάβασις, quum quis ſe demittit vltra ſuam dignitatem: demiſſio dici poteſt, barbarum eſt condeſcenſio. Suid. [illegible]. Eſt συγκατάβασις quòd Deus homo factus ſit, & ſe videndum in Chriſti Filij vnigeniti perſona exhibuerit. Eſt propriè συγκατάβασις quando pars vtraque alteri ſeſe nonnihil accommodat, ſine quo nulla cõſtat concordia Eraſm.

Συγκαταβατικῶς cum animi demiſſione apud Areth.

Συγκαταβιόω, vna vitam tranſigo, vel extremam vitam tranſigo.

Συγκαταγηράσκω, conſeneſco.

Συγκατάγω, vnà reduco in patriam exulem. Plato epiſtola ſeptima. Iſocrates, [illegible] Æſchin. de falſa legat. [illegible], reducentes populum adiuuit, adiutor fuit ad reuocandos exules.

Συγκαταδαρθών, qui vnà dormiuit, Ariſtoph.

Συγκαταδουλόω, ῶ, vnà vel ſimul ſubiugo, aut in ſeruitutem redigo Pol. ex Hyperid.

Συγκαταδύομαι, vna demergor, vrinor.

Συγκαταζεύγνυμι, coniungo. Soph. in Aiace, [illegible], graui incommodo conflictatus eſt & vexatus. [illegible], connubio iungere cœlibes cum viduis mulieribus, Plut. in Cami.

Συγκαταζῆν, vnà longum vitæ tempus traducere.

Συγκαταθάπτω, vnà ſepelio.

Συγκατάθεσις, comprobatio, ſuffragium apud Polyb. aſſenſus ſiue aſſenſio: in quo ſignificatu ſumitur & [illegible] approbatio: à quo diuerſa aſſenſionis retẽtio, id eſt, ἐποχὴ Stoicis. Sextus Empiricus in Pyrrhoniis, [illegible], nempe Arceſilas, [illegible] συγκαταθέσεις. Idem, [illegible] συγκαταθέσεως. Cicero in Lucullo, Nunc de aſſenſione atque approbatione, quam Græci συγκατάθεσιν vocant, pauca dicemus. Gellius libro 19. capite 1. Noſcitandæ probationes autem, quas συγκαταθέσεις vocãt, quibus eadem viſa noſcuntur, ac diiudicantur, voluntariæ ſunt, fiuntque hominum arbitratu. Themiſtius in 3. de Anima, [illegible]. Paulus Apoſtolus ſecunda ad Corinth. capite ſexto, Τίς δὲ συγκατάθεσις ναῷ θεοῦ μετὰ εἰδώλων; Interpr. Et quæ conſenſio templo Dei cum ſimulachris.

Συγκατάινετος, adſtipulator, & [illegible], id eſt, collaudator. In epiſtola Philippi apud Demoſthen. pro Cteſiph. [illegible]

Συγκαταινῶ, annuo, conſentio, τὸ συγκατατίθημι, & [illegible], comprobantes. Xen. [illegible]

Συγκατακαίω, concremo, comburo.

Συγκατάκειμαι, vnà accumbo, Ioſeph.

Συγκατακλείω, vnà includo, in eundem locum concludo, vel ſimul cum alio includo.

Συγκατακλίνω vna recumbere ſeu accumbere facio.

Συγκατακλίνομαι, vnà recubo, ſiue vnà accumbo, aut diſcumbo, Ariſtoph. [illegible]

Συγκατακτάς, συγκατακτανών, qui vna occidit, Soph. in Aiace.

Συγκαταλέγω, propriè recenſeo, cum aliis connumero, coopto ad ſodalitatem vel collegium aliquod.

Συγκαταλύω, vnà euerto & aboleo, Plut. Thucyd. item vnà finio.

Συγκατανεύειν, annuere, conſentire. Polybius, [illegible].

Συγκαταριθμοῦμαι, ſimul enumero, Ariſt. in Prædic.

Συγκαταρρέω, ſimul defluo, item vna decido.

Συγκαταρρυεῖσα, quæ ſimul defluxit.

Συγκατασκευάζω, μ. άσω, π. ακα, ſimul preparo, inſtruo, compono, adiuuo parantem, comprobo. Actiu. Accuſatiu. Plato libro vndecimo Leg. [illegible], i. artibus inſtruxerunt.

Συγκατασκηνόω, vna tentorium figo, vel in vno eodémque tabernaculo habito & act. in vno eodémque tabernaculo colloco, Xenoph.

Συγκατασκήπτω, μ. ψω, π. φα, cum impetu venio.

Συγκατασπάω, ῶ, pariter auello, conuello.

Συγκατάστασις, conflictus, dimicatio. Polyb. [illegible]

Συγκατατάξαι, annumerare, Phalar. in epiſt.

Συγκατατίθεμαι, aſſentior, approbo, conſentio, conſenſum præbeo, annuo, comprobo, quod & per [illegible] eſſet

tur. Datiuo συγκατατεθειμένος τῇ βουλῇ, qui conſenſit concilio. capite 23. Euangelij Lucæ. συγκατάθου ἡμῖν, aſſentire nobis, capite primo Danielis. συγκαταθετέον τοῖς νέοις, aſſentiendum eſt iunioribus, Dioſcor. lib. primo in præfatione. οὐ συγκαταθήσῃ μετὰ τοῦ ἀδίκου, ne conſentias cum iniuſto, capite 23. Exodi. οὐ συγκαταθήσῃ αὐτοῖς διαθήκην, non inibis cum eis fœdus, Ibidem. Plato in Gorg. Σὺ δὲ τοῦ γε συγκατατίθεσαι: ὅμως ἀεὶ τούτων τὴν αὐτὴν δόξαν, ὦ Αἰσχύλε, Quod & συμφωνεῖν dixit Baſil. Ἐγὼ δὲ τὴν μὲν γνώμην τοῖς πράγμασι συγκατατίθεσθαι, οὐκ ἀποδέχομαι, id eſt, ſententiam rerum comitem eſſe, & rerum mutationi ſeruire non probo. Dicitur etiam pro eo συνεπαινεῖν, & συγκαταινεῖν. Lege Gellium libro 19. capite primo, & in voce Συγκατάθεσις.

Συγκατατίθημι, vnà depono.

Συγκαταφαγεῖν, ſimul cibum ſumere.

Συγκαταφέρομαι, ſimul feror deorſum, ſimul deferor.

Συγκαταφλέγω, vnà comburo, Lucian.

Συγκαταψηφίζομαι, ſuffragiis ſeu calculis addor, cooptor. συγκατεψηφίσθη μετὰ τῶν ἕνδεκα ἀποστόλων, Actorum 1. cooptatus eſt in numerum vndecim Apoſtolorum, communibus ſuffragiis & calculis allectus eſt.

Συγκατεργάζομαί σοι, tibi operam præſto, συνεργάζω. συγκατεργάζομαί σοι τὴν ἀρχὴν, Herodotus. te adiuuo ad regnum occupandum. συγκατεργαζομένους αὐτῷ δίδωσι, his quibus fuerat vſus adiutoribus dat.

Συγκατέρχομαι, ſimul redeo, vnà reuertor.

Συγκατεύγμα, ατος, τὸ, votum cum alio ſuſceptum.

Συγκατηγορῶ, vnà accuſo, item ſimul prædico, i. enuncio.

Συγκατηγόρημα, apud Dion. quaſi dicas comprædicamentum à quibuſdam redditur vox conſignificatiua i. ſignificans aliis adiuncta, non per ſe vt omnis, nullus, quidam.

Συγκαταβάς, vnà deſcendens, vel potius qui vnà deſcendit Demoſt.

Συγκατοικέω, vnà habito.

Συγκατοικίζω πόλιν, vnà colloco habitatores, vel vnà frequentem incolis reddo, Eurip.

Συγκατορύττω, vnà defodio, vnà ſepelio, contumulo Plin. Lucian. καὶ τὸν ὅλον κόσμον συγκατώρυξεν.

Σύγκαυσις, exuſtio, q. combuſtio, Ariſtot. περὶ αἰσθήσ.

Σύγκειμαι, conſto, id eſt, compoſitus ſum. Depon. Quintilianus libro tertio, capite ſeptimo, de decem elementis loquens in quibus poſita ſit omnis quæſtio, Nouiſſimè συγκεῖσθαι, quod eſt compoſitum eſſe quodammodo, vt ſedere, ſtare, iacere. Sophocles, βαλεῖτε χ' ἡμᾶς τρεῖς ὁμοῦ συγκειμένους, nos quoque pelletis tres ſimul poſitos: qui ſimul ſumus. δεῖ μετὰ τὴν οἴνωσιν ὕδωρ πίνειν: ἀπὸ θεραπείας γάρ τινος τῆς συγκειμένης οἰνώσεως, τὸ βοήθημα ζητεῖ, Dioſc. lib. 5. capite 13. oportet poſt ebrietatem bibere aquam: ab ea enim veluti contraria curatione, auxilij ratio aliqua quærenda eſt, Marcellus Ruellius autem, Nàque à curaſ conſtantis temulentiæ quendam auxilij modum inducit. Σύγκειται, certum eſt, conſtat, conſcribitur. σύγκειται ταῦτα δι' ἀνδρῶν, &c. hæc conſcripta ſunt per viros, &c. Plutarchus in Numa. σύγκειται πρὸς ἄλληλα τὰ θυρῶν, oſtium alterum alteri inſeritur, Ariſtotel. σύγκεισθε πάντες ὑμεῖς ἐπ' ἐμὲ, coniuratis omnes aduerſum me, capite 22. libro primo Regum. συνέκειτό σφι, conuenerat inter ipſos. κατὰ τὸ συνέκειτο, ex conuentis. Plutarchus in Camill. ὥσπερ ἦν συγκείμενον αὐτῇ πρὸς τοὺς ἄρχοντας, quemadmodum ipſa cum principibus cõuenerat. Συγκεῖσθαι, Heſych. συντεθεῖσθαι καὶ ὁμολογίας πεποιῆσθαι. Συγκειμένη ἡμέρα, conſtituta vel præſtituta dies, compacta & condicta, i. ἡμέρα διωρισμένη. τεταγμένη, ὡρισμένη, συγκεκροτημένη. Herodot. ita συγκειμένας ἡμέρας dixit.

Συγκείμενον, ου, τὸ, quod conuenerat, quod pepigeramus, conuentio, pactum. τὸ συγκείμενον πλείω χρόνον, vltra præſtitutum tẽpus. ἀπὸ συγκειμένου, ex compoſito. Pauſanias in Arcad. ἅπαντες δὲ ἀπὸ τοῦ συγκειμένου αὐτοὶ πρὸς τοὺς Ἀρκάδας ὑπεφύγησαν, αὐτίς τε καὶ σὺν αὐτοῖς στρατιᾷ, id eſt, ἀπὸ συνθήματος. ex compacto & conſtituto, Virgil. compactò. ἀπὸ συγκειμένου λόγου, id eſt, προρρήσεως, Thucydid. ἐς τὸ συγκείμενον ἦλθον, ad locum de quo conuenerant, venerunt. πρὸς τὸ συγκείμενον ἔχει, ὡς ἤδη, &c. Nazanzenus in Orat. vbi Moſellanus, Non minus ſe habet cum eo, cum quo comparatur, &c. τὰ συγκείμενα, ſcelera, Budæus in epiſtol. poſterioribus. παρὰ τὰ συγκείμενα, præter conuenta, præter ea de quibus conuentum eſt, præter præſtituta. extra præſtituta.

Συγκεκερασμένος, concerua tus, mixtus. Heſych. enim συγκεκερασμένα exp. contr. ἀθροισμένα.

Συγκεκροτημένος, η, ὁ, accinctus, in procinctu exiſtens.

Συγκεκροτημένως, quaſi plauſibiliter, magna cum laude & applauſu.

Συγκεντέω, compungo. & contrucido Cic.

Συγκεραννύω, μ. α σω, π. α κα, &

Συγκεράννυμι, commiſceo, συγκιρνάω, tempero, admiſceo quadam temperaturâ, ſimul moderor, confundo, conflo, compono, aptè coniungo: pro amicitiam contraho, Xenophon. Actiu. Accuſatiu. συγκεράσαντες φιλίαν πρὸς Ξέρξην, amicitiam cũ Xerxe contraxerunt, Herodot. Ad Hebr. 4. λόγος μὴ συγκεκραμένος τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασι, ſermo non cum fide coniunctus iis qui audierant. συγκεκραμένοι πολίταις, ciuibus admixti, Plut. in Numa. συγκεκραμένη, Soph. confuſa, μεμιγμένη.

Συγκεραστὸς, temperatus.

Συγκεφαλαιόομαι, in ſummam colligo, & in ſummam colligor. nã actiuè & paſſiuè ſignificat. Ariſtotel. in Problem. de ſemine, συγκεφαλαιοῦται ὀλίγον ἐκ πολλοῦ, ex multo tempore exiguum conſtituitur. συγκεφαλαιωσάμενος, qui ſummatim dixit, qui in pauca retulit. Ariſtotel. Metaph. 9. συγκεφαλαιούμενοι τρόποι εἰσὶ τέσσαρες, quatuor ſunt modi in ſummam collecti & ſubducti. Halicarn. συγκεφαλαιώσομαι τὰ ἐνδέοντα, dicta in compendium conteram, ſummatim dicam. Xenoph. 8. Pæd. ὁ Κῦρος συνεκεφαλαιώσατο τὰς εἰωθυίας πράξεις. Συγκεφαλαιοῦσθαι etiam opponitur τῷ ἄρχεσθαι: finire, conſumare, ad finem perducere. Polybius, Πῶς δὲ τέλος ἔσχε τι συγκεφαλαιωθῆναι πράγματα δύνασθαι μὴ συνεφέροντα τὴν ἀρχὴν; Idem pro ſummatim recenſere breuitérque colligere poſuit libro quarto, Συγκεφαλαιωσάμενοι τὰς ἐν παρεκβάσει πράξεις, ἕως τῆς Ἀντιγόνου τελευτῆς. vide κεφαλαιῶ.

Συγκεφαλαιόω, μ. ώσω, π. ωκα, ſummatim colligo, συνάγω, ſummatim dico.

Συγκεχυμένως, confuſè, promiſcuè.

Συγκηδεσταί, οἱ, qui duas ſorores in vxores duxerunt, teſte Euſt. Iliad. ξ.

Συγκηδεύομαί σοι, vnà tecum ſepulturæ mandor.

Συγκήρυγμα, commune præconium, id eſt, plurimum comprobatio. Polybius, πῶς δὲ περὶ τῆς Κρήτης ἐγένετό τι συγκήρυγμα τοιοῦτον, talis dictorum comprobatio contigit, i. aſſenſus: legitur corruptè συγκήρυγμα.

Συγκινδυνεύω, μ. εύσω, π. ευκα, ſimul periclitor, ſocius ſum periculi. Neutrum, Datiuo. συγκινδυνεύειν σοι, tecum me periculis obiecto. Epictetus, ὅς τε, ὅταν δέῃ συγκινδυνεῦσαι φίλῳ, ὁ πατρίδι, οὐ μαστιγοῦσθαι, εἰ συγκινδυνεύσειν.

Συγκινέω, ſimul moueo, commoueo, concito. Act. cap. 6. συνεκίνησάν τε τὸν λαόν.

Συγκίνησις, commotio.

Συγκιρνᾶσθαι, commiſceri.

Συγκιρνάω, commiſceo. συγκιρνάω inquit Planudes, quod Cic. tempero, συγκεράννυμι.

Συγκλάω, confringo, inflecto, compreſſius tracto.

Σύγκλεισις, ἡ, concluſio, concluſura Vitruu. Græco vſus eſt Plutar. in Camil.

Σύγκλεισμα, & σύγκλεισις, inter opificia cælata numerantur lib. 3. Regum.

Συγκλεισμὸς, οῦ ὁ, concluſio, anguſtia, obſidio. Nazanzenus, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν καὶ τὸν παρόντα συγκλεισμὸν τῶν ἐκεῖσε βεβιωμένων.

Συγκλείω, μ. είσω, π. εικα, concludo, claudo, φράττω, obſepio, committo, coniungo, obſero, arcto, Actiu.

Συγκλέπτης, ου, ὁ, ſocius & particeps furti.

Συγκλῄζω, μ. ίσω. concludo, includo, implico. συγκεκλεισμένος, cõcluſus.

Συγκληρικὸς eiuſdem Cleri collega in conſilio Chalcedonenſi, Canon. 18.

Συγκληρονόμος, ου, ὁ, cohæres, ad Epheſ. c. 3.

Σύγκληρός ἐστι θνητοῦ βίου, vitæ caducæ conſors eſt, Plutarchus in Opuſcul.

Συγκληρόω, μ. ώσω, π. ωκα, ſimul ſortior. ἐπεὶ δὲ μοι συγκεκληρῶσθαι τῇ τύχῃ τῆς πόλεως ὁ μέχρι, Ariſtid. ὥσπερ ἀνάγκη τινὶ καὶ φύσει συγκεκληρωμένον, idem. Συγκληρῶσαι, eadem ſorte conſociare. Baſilius, εἰς τὴν Γαλλίαν, ὁ γνώριμος σου δίκαιος, ἐν δὲ τῷ χωρισμῷ δυσφόρως ἔχει, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς συνωρίδος χάριν ἔχει τῷ συγκληρώσαντι, i. Deo qui coniugij author fuit & agglutinator, hoc eſt τῷ συναρμόσαντι. Idem γυνὴ συγκληρωθεῖσά σοι μετὰ τὴν κοινωνίαν τοῦ βίου, πάσας τὰς βελτίους μετὰ τὸν βίον παρεχομένη.

Συγκλήρωσις eſt ſortium coniunctio, & vitæ ſocietas, vt συνάφεια τοῦ γάμου.

Συγκλησία, ας, ἡ, concilium: & dicitur de ſenatoribus, ἐκκλησία, verò de populo.

Συγκλητικὸς, οῦ, ὁ, ſenator, Plut. in Fabio.

Σύγκλητος, ου, ὁ, conuocatus, σύγκλητος βουλὴ, indictiuum cõcilium, & σύγκλητος ἐκκλησία, i. ἡ συναγομένη πρὸς τὰ κατεπείγοντα, conuocata concio & indicta, quæ repentè noua aliqua de cauſa fiebat: contrà νόμιμος ἐκκλησία, legitima concio, fixa & ſtata, quæ ter in menſe habebatur. Demoſthen. in Orat. περὶ στεφάνου, συγκλήτου ἐκκλησίας ὑπὸ στρατηγῶν συναχθείσης, conuocata concione ab imperatoribus, id eſt, indicta concione: cui opponitur κυρία, id eſt, ſtata, quæ certis & ſtatutis diebus habetur. συγκλήτου στρατεύματος, conuocatarum copiarum, Euripid. Σύγκλητος βουλὴ, Senatus Rom. quod & vtraque dictio ſeparatim & per ſe poſita ſignificat. Nam & βουλὴ, & σύγκλητος in hoc ſignificatu

ſicatu legitur, vt apud Plutarchum & Herodianum.

Συγκοιλίαι, conuexitates, conualles, Plut. in Pompeio.

Συγκλίνω, ſimul accumbere facio, exponit & Neut. accumbo.

Συγκλίνομαι, in toro ſimul cubo.

Συγκλίνης ἢ σύγκλινος Menandro, teſte Polluce, id eſt, compotator Cicer. vt & compotrix dicitur à Terent. ὁ συμπότης, qui & ὁμόκλιτος.

Συγκλονεῖσθαι, titubare, conturbari.

Συγκλονέω, μ. ήσω, π. ηκα, concutio, conturbo. Acti.

Συγκλόνησις, concuſſio, impulſus.

Σύγκλυδες, conuenæ Cicer. vicini, mixti, σύμμικτοι, colluuies hominum, collectanea multitudo apud Æſchin. Socraticum. συγκλύδων ἀνθρώπων, hominum conuenarum, χυδαίων, Thuyd. [illegible] Suid. συγκλύδες ὄχλοι, idem.

Συγκλύζω, aquis obruo, colluo, inundo.

Σύγκλυσμα, ατος, τὸ, clyſter.

Συγκλύω, id eſt, conſentio, Soph. in Aiace.

Συγκλώθω, ſtamina necto, ſeu nendo connecto.

Συγκοιμάομαι, ſimul dormio, condormio, ſimul cubo, concumbo συνέρχομαι. Datiu.

Συγκοιμήματα, Eurip.

Συγκοίμησις, concubitus, Plato in Phædro.

Συγκοινωνεῖν, communicare, participare, commercium habere. Paulus ad Epheſ. capite 5. καὶ μὴ συγκοινωνεῖτε τοῖς ἔργοις τοῖς ἀκάρποις τοῦ σκότους, μᾶλλον δὲ καὶ ἐλέγχετε. Interpr. Et ne commercium habueritis cum operibus illis infrugiferis tenebrarum, ſed potius etiam arguite.

Συγκοινωνός, οῦ, ὁ, conſors, particeps. συγκοινωνὸς ῥίζης, particeps radicis.

Συγκοίτιον, ου, τὸ, merces pro concubitu, [illegible].

Σύγκοιτος, ὁ καὶ ἡ, concubinus, apud Ariſtop. qui ſimul cubat, conſors tori in Epig.

Συγκολάζω, ſimul animaduerto in.

Συγκολλᾶσθαι, coaleſcere, conglutinari.

Συγκολλάω, μ. ήσω, ferrumino, conglutino, colligo, compono & ſtruo.

Συγκόλλησις, εως, ἡ, conglutinatio Cic. compactio.

Συγκολλητής, conglutinator, fictor, compoſitor. Ariſtoph. [illegible].

Συγκόλλως, conuenienter & congruenter Ciceroni. Æſchylus in Suppli. καὶ πάντ᾽ ἔλεξας πάντα συγκόλλως ἐμοί. Interpr. συμφώνως.

Συγκολυμβάω, vel βέω, ſimul enato.

Συγκομιδή, ῆς, ἡ, comportatio, συνάθροισις, collectio, συλλογή. Herodianus in principio, Οἱ πλεῖστοι [illegible]. συγκομιδὴ καρπῶν, fructuum legendorum occupatio, perceptio frugum. [illegible], ſic capite 12. concilij Sardicenſis. Συγκομιδὴ, funus, ἐκφορά. Nam vt ait Interpres Æſchyli [illegible] de mortuis dicimus. συγκομίζειν, καὶ ἐκκομίζειν, καὶ ἀνακομίζειν. Sed hæc eſt differentia, quòd συγκομιδή, eſt ἡ περὶ τὸ πρὸ τοῦ τάφου [illegible]: ἐκκομιδή, ἡ [illegible]: ἀνακομιδή, [illegible].

Συγκομίζομαι, comporto, τὸ συγκομίζω. Xenophon in quarto Pædiæ, [illegible], hæc omnia mecum ipſe porto. Et in 8. [illegible], ſecum ipſe ducebat: in comitatu habebat, & quaſi conuehebat. Συγκομίζομαι, τὸ συλλέγω, colligo. Lucian. [illegible].

Συγκομίζω, μ. ίσω, π. ικα, comporto, fructum ex agro domum refero. Actiu. Accuſatiu. Xenophon, [illegible] καρπούς, &c. id eſt, conuehentem fruges ſeu fructus collectos. [illegible], καὶ συγκόμιζε, Nazanzenus in Orat. ſere quando tempus eſt, & collige fructus. Συγκομίζω pro ſepelio: Sophocles, [illegible] μὴ συγκομίζειν, id eſt, μὴ θάπτειν, ne ſepelias, ne colligas cadauer, ne comportes, ad ſepulturam videlicet.

Συγκομιστήρια, τὰ, feſta quibus primæ fruges comportabantur.

Συγκομιστός, comportatus. συγκομιστὸς ἄρτος, panis vnde nihil cribro excuſſum ſit, medius inter ſimilagineum & cibarium. Athenæus libro tertio de panibus, Οἱ συγκόμιστοι [illegible]. Galenus in Gloſſis, συγκομιστὸς exponit [illegible]. Idem Galenus in ſecundo ad Glauconem, [illegible]. Vide Πιτυρίας. Συγκομιστὴ ῥητίνη, ſiue ῥητίνη [illegible] dicta à Galeno libro tertio de Compoſit. medicament. [illegible]. reſina locularis Palladio, quòd in loculis & fictilibus vaſis comportaretur non colata & impura. Vide Ῥητίνη. Συγκομιστὰ δεῖπνα, apud Athenæum collatitiæ cœnæ. vide σύμβολον.

Συγκομμάτιον, genus quoddam edulij.

Συγκονίομαι & συγκαλινδοῦμαι in eodem puluere verſor, Plut.

Συγκοπή, ῆς, ἡ, quaſi conciſio, conciſura Senecæ. Συγκοπὴ Galeno 12. Methodi, præceps virium lapſus: affectio ſimilis animi defectui, vel vt aiunt deliquio, id eſt, λειποθυμίᾳ, in quo affectu concidunt & proſternuntur vires, langueſcunt ſenſus, deficiunt arteriarum pulſus, ſudoréſque concitantur: omnia denique minantur interitum, niſi maturè ſuccurratur, ipſo corde iam affecto & laborante vitæ principio, deficientéque anima: vnde & animæ defectio à Celſo dicitur hic affectus celerrimus, [illegible] nempe καὶ [illegible]. Differt ab ea quæ propriè λειποθυμία ſiue λειποψυχία dicitur, id eſt, deliquium, vel potius animi defectio, & defectus ſimpliciter Sueton. Nam ſyncope grauior eſt, lipothymia vero mitior: in hac ægrotus loquitur, audit, videt, agnoſcitque præſentes. In illa contra omnes ſenſus intercipiuntur & concidunt: ob id [illegible] vocatur etiam ab Aretæo Cappadoce, licet hoc nomen lipothymiæ Aetius tribuerit. vide Aphoriſ. 41. Hippocrates libro ſecundo, vbi, [illegible], &c. Idem Hippocrates ait in vacuando [illegible] μέχρι λειποθυμίης ἄγειν, καὶ [illegible]. Sed cauendum ne pro lipothymia inducatur ſyncope. Obſerua à Latinis dici ſyncope animæ defectum ſiue defectionem: lipothymiam verò animi defectum. Lege Celſum libro ſeptimo, capite vltim. Dixerat Dioſcorides libro ſecundo, [illegible] λειποθυμίας [illegible]: vertit Plinius libro 20. capite ſecundo, Ipſe cucumis odore defectum animi ſanat. Diſtinguit vtrunque affectum etiam Galenus, cùm inquit, Οὐ συγκοπὰς [illegible] χυμοὶ φέρουσιν, ἀλλὰ τὰς καλουμένας λειποψυχίας. Lipothymia vulgò *defaillance de cœur*: Syncope: *paſmoiſon*. Linquuntur autem animo, aut ex nimia exinanitione vel repletione, aut ex doloris ſenſu motuque alieno & naturæ contrario, ſiue aeris ſiue humoris vitio acciderit, aut ex animi perturbatione aliqua. Lege Aetium lib. ſecundo, Sermone primo, capite 97. & ſequent. Συγκοπή, ſyncope figura orationis cùm aliquid è medio aufertur: ob id μεσοκοπὴ potius dici debuit.

Συγκοπτικός, ſyncopen affectum inducens. Galen. [illegible] συγκοπτικοί. Idem, [illegible] συγκοπτικὸν dixit. vide συγκοπή.

Συγκόπτομαι, animo linquor, animo concido, animæ defectionem patior. Galenus, [illegible] συγκόπτονται, repentè linquuntur animo. Idem, [illegible] συγκόπτοντες, ἀπέθανον. vide συγκοπή.

Συγκόπτω, μ. ψω, π. φα, concido, contundo, pulſo, confringo, diſrumpo, diſcindo. Lucian. πολλαὶ φιλίαι συγκεκόπηνται, hoc eſt, vt Cicer. in Catone Maiore loquitur, multæ amicitiæ diſciſſæ potiùs quàm diſſutæ. Ariſt. in Neb. [illegible] συγκεκόφθαι, impunè gratiſque cæſos eſſe & vapulaſſe, [illegible].

Συγκορυβαντιᾶν, ſimul inſanire Corybantium more, συμμαίνεσθαι, συνενθουσιάζεσθαι, συνορχεῖσθαι, Suid.

Συγκοσμεῖν, cohoneſtare, Xen.

Συγκουφίζω, adiuuo, ſimul leuo. Accuſ.

Συγκραδαίνω, concutio, cribro. Ariſtoteles de mundo, [illegible], &c. multis in locis ſpiritus vibrantem motum ciuit.

Σύγκραμα, ατος, τὸ, diluta potio, Ruellius: diluta vini potio, Marcellus: commixtum, Barbar. lib. ſecundo Dioſc. & libro 5. capite 118.

Σύγκρασις, εως, ἡ, quaſi contemperatio, neceſſitudo, commercium: coniunctio diuerſæ naturæ, Nazanzenus in Orat. de Filio Dei.

Συγκρατέω, ῶ, conſeruo, tueor, συνέχω. Chryſoſtomus, [illegible] συγκρατοῦσι, vitam noſtram precationes continent.

Σύγκρατος ἀὴρ τὸ φῶς, lux aere temperata, lux in aere contenta. Naz. in Orat.

Συγκρητίζειν, conſpirare, litem componere periculo imminente: à Cretenſibus ſumptum, qui ſemper ſeditioſi ſunt, Etymolog.

Συγκρητισμός, ὁ, conſpiratio. Vide in Chiliad. Eraſm. vocabatur conciliatio quam Cretes, poſtquam tempore aliquo diſſidium interſe aluiſſent, ac ne ab hoſtibus inuaderentur, metuerent, inierunt, ac inter ſe concordiam ſtabiliuerunt.

Σύγκριμα, ατος, τὸ, quod concreuit & coaluit, τὸ σύστημα, coagmentum, concretionem & concretum dicit Cicero. Gregorius de mundo, [illegible] σύγκριμα καὶ σύστημα. Laertius ex Platone, [illegible] τὰ συγκρίματα. Galenus etiam tradit lib. 1. de differentiis morborum, Methodicos corpora ex elementis

compoſita velut miſcellam συγκρίματα appellaſſe. Dioſcorides de morſu dipſadis loquens, τὸ δὲ ... τὸ σύγκριμα διαλυθῇ, Proinde toto corporis habitu ſimiles ſunt iis qui antea potus nihil ſumpſerint. Cætera vide in ... Σύγκριμα, contentio, id eſt, comparatio. Pro edicto exponitur Machab. libro & capite 1.

Συγκεκριμένος, ὁ, temperatus.

Συγκρίνομαι, comparor. & Συγκρίνεσθαι πρός τινα, contendere, iudicio experiri, etiam cum aliquo capitali iudicio diſceptare. Συγκρίνεσθαι, coagmentari, concreſcere. συμπαγής, concretus eſt, Stephan. Niger apud Plutarchum in Opuſcul. Ariſtotel. in 1. Metaph. συγκρίνεσθαι καὶ διακρίνεσθαι ... ingens amicitia cum Theræis & Samiis contracta eſt, Herodotus. vnde συγκεκριμένος, & συγκριτικός, concretus, factus corpulentior.

Συγκριτέμενα, τά, pacta.

Συγκρίνω, μ. νῶ, π. κέκρικα, comparo, comparationem facio, coerceo, cogo, iudicio colligo, coagmento, aggrego, confero, contraho, diſcerno, Ariſtoteles libro nono Ethicor. Accuſ. & Datiu. συγκρίνων ἐνύπνια, interpretans ſomnia, capite ſexto Danielis. ὁ συγκρίνων τὸ ἐνύπνιον, ſomnium interpretans, cap. 40. Geneſ. μή με τάφῳ σύγκρινε ..., ne me tumulo metiaris, in Epigramm. τῷ συγκρίνειν καὶ διακρίνειν, aggregandi diſgregandique ratione, Theoph. l. 6. de cauſ. plan. συγκρίνειν ..., Ariſt. in Rhet.

Σύγκρισις, εως, ἡ, contentio, id eſt, comparatio, ἀντεξέτασις: item μίξις, mixtio, commixtio, miſcella, coitus, contextus, condenſatio, concretio, concrementum. Synceriſis ſiue antitheſis (inquit Rufin.) eſt comparatio rerum atque perſonarum inter ſe contrariarum. σύγκρισις ἐνυπνίου, interpretatio ſomnij, capite 3. Danielis. dicitur ibidem etiam σύγκριμα, pro eodem.

Συγκριτικός, οῦ, ὁ, comparatiuus. qui congregat. Alexander in ſecundo Topicorum, εἰ γὰρ τὸ μέλαν χρῶμα συγκριτικὸν τῆς ὄψεως, καὶ τὸ λευκὸν χρῶμα διακριτικὸν τῆς ὄψεως, quaſi congregatiuum.

Συγκριτικῶς, comparatiuè, conſimiliter, κατὰ σύγκρισιν, ὁμοίως, Suid.

Συγκροτέω, μ. ήσω, π. ηκα, propriè de fabris effertur ordine modulato incudem tundentibus: complodo & applauſu approbo: adorno & inſtruo: concelebro: conſtruo & apparo, como, compono, committo & collido, συνάγω, αὔξω, συνίστημι, excito, conflo, auxilior, ſimul adduco, meditor, conſpiro: vt συγκροτεῖν δυνάμεις, colligere copias. συγκροτεῖν τὰς δυνάμεις, Ariſtid. συγκροτεῖν καὶ διδάσκειν τὸν χορόν, Demoſthen. apparare, adornare. συγκροτῶ συμπόσιον ..., conuiuium vicinorum quotidie compleo, Gaza de Senect. συγκροτεῖν τὰς χεῖρας, Xenoph. συγκροτεῖν ... τοὺς ὀδόντας, collidere dentes. συγκροτεῖται ὁ ἵππος, Lucian. excitatur & committitur. συγκροτεῖν τὸν πόλεμον, Ariſtid. συγκεκροτημένοι τὰ πρὸς τὸν πόλεμον, rebus ad bellum pertinentibus inſtructi & exercitati Demoſthen. συγκεκροτημένος, omnium applauſu approbatus, concelebratus, compoſitus, inſtructus, Budæus in epiſtolis poſterioribus. ἵππος συγκεκροτημένη apud Lucianum, dicitur Agricolæ equitatus inſtructus: Eraſm. equa ſpectatiſſima & excellens. συγκεκροτημένη, ..., conflatum, coitione & conſenſu multorum adornatum, id eſt, conſenſu communi coactum & comparatum. συγκεκροτημένη ἡμέρα, dies condita, Bud. in epiſt. poſt.

Συγκροτῆναι ποιεῖσθαι, conſpirare, id eſt, facere, σύστασιν, coitionē, conſpirationem, concilium inire, Budæus in epiſtol. prior. & poſter.

Συγκροτηθέντες, οἱ, conſpirati.

Συγκρότησις apud Ioſephum conſpiratio. Dicitur etiam Συγκροτησμός, id eſt, συμφρονισμός, conſenſus, conſenſio: coniuratio.

Σύγκροτος, conflatus, coagmentatus, compactus Euripid. in Androm. σύγκροτοι ζυγαί, conflata ſocietas, id eſt, connubium, idem Eurip.

Σύγκρουμα, debitum, fœnus, ... Heſych.

Συγκρουστής, ὁ, ὁ, concuſſor, colliſor. συγκρουστὴς γέλως, riſus indecorus qui totum corpus quatit. Apud Horatium libro ſecundo epiſt. ad Florum, & riſu populum quatit. Quod prætermiſſum ab Eraſ. in Adag. Syncruſius riſus.

Σύγκρουσις, &

Συγκρουσμός, colliſio. σύγκρουσις πολέμων, Budæus in epiſtolis. συγκρούσεις ... φιλονεικίας ἔχουσα πόλις, aſſiduas offenſiones & contentiones ciuitas habens, Plut. in Numa. Σύγκρουσις, fraus, ..., Suid.

Συνέχω, μ. ξω, π. [illegible], contineo, conſtringo, coarcto, connecto, comprimo. Chriſtus in Euangel. Lucæ, de hoſtili oppugnatione, περικυκλώσουσί σε, καὶ συνέξουσί σε πάντοθεν, circundabunt te, atque continebunt, id eſt, vndique circumſidebunt, vrgebúntque. Ariſtoph. in Nebul. τὼ μηρὼ μὴ ξυνέχοντας, femora nō comprimentes & conſtringentes. Συνέχομαι, contineo, cohæreo, implicor, συμπλέκομαι, κρατοῦμαι, affligor. Plato in Timæo, [illegible]: Cicero, haud iiſdē vinculis quibus ipſi erant colligati. Iſocrates, Συνέχεσθαι [illegible], malis premi atque implicari. Nazanzen. in Orat. [illegible], Non quòd illinc eius vita & eſſentia cohæreat atque dependeat. Συνέχεσθαι νόσῳ, morbo afflictari & detineri, Galenus ad Glaucon. vide [illegible]. Συνέχω tranſlatè, id eſt teneo & calleo. Thucydid. συνέχοντες εἰρεσίας, remigationis periti artiſque nauticæ. Συνέχω, detineo ac poſſideo: & numine afflo: vnde Συνεχόμενος pro κατεχόμενος, id eſt, [illegible] ſiue [illegible], numine afflatus, [illegible], inflatu inſtinctuque diuino animatus Ciceroni, [illegible] ſiue [illegible]. Actorum cap. 18. Συνείχετο τῷ πνεύματι ὁ Παῦλος διαμαρτυρόμενος τοῖς Ἰουδαίοις τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν, id eſt, Spiritus afflatu totus agebatur & concitabatur: Spiritus inflatu inſtinctuque animatus erat. Sic enim interpretor. nam vetus verſio, Inſtabat verbo Paulus.

Paulus. Alij, Coarctabatur Spiritu Paulus. Ego neutram admitto. Συνέχεσθαι non de numine ſemper dicitur, ſed transfertur etiam ad alia pleninſque ſignificat quàm κρατεῖσθαι καὶ ἔχεσθαι, id eſt, detineri, & haberi. Chryſoſtomus, συνέχεσθαι τῇ προθυμίᾳ καὶ τῷ φόβῳ, animi alacritate & metu agi ſiue corripi & adduci, velutque circunſidêri. Plutarch. in Solone de ſuperſtitione barbara ita vſurpauit, καὶ τὸ σκληρὸν ἀφελὼν, καὶ τὸ βαρβαρικὸν ᾧ συνείχοντο αἱ πλεῖσται γυναῖκες, id eſt, & barbaros cultus deorum ac ſuperſtitioſos quibus mulieres erant addictæ, abſtulit. Συνέχεσθαι ἐκ τῶν δύο, elegantiſſima phraſis pro à duobus contineri, id eſt, cohiberi ſiue coerceri: vtrinque teneri quod eſt diſtineri: aut pro à duobus in diuerſum aut eôdem tendentibus ſimul agi, id eſt, impelli atque concitari, vt qui duplici deſiderio agitatur ſimul & pertentatur. Paulus ad Philip. cap. 1. Συνέχομαι δὲ ἐκ τῶν δύο, τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν χριστῷ εἶναι, πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον, τὸ δὲ ἐπιμένειν τῇ σαρκὶ, ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς. Quibus ſe duplici affectu mortis & vitæ agi atque concitari ſignificat. Itaque conuerto, A duobus autem ſimul agor. Interpr. Coarctor enim vtrinque. Ego Liuium ſequor qui ita 9. belli Punici, Itaque vt qui ſimul deſiderio patriæ agerentur, ſimul cupiditate inimicos vlciſcendi arderét, i. ὅτι μὴ ἐκ τῆς δύο συνεχόμενοι, καὶ πόθῳ τῆς πατρίδος, καὶ δὴ καὶ ἐπιθυμίας τοῦ τοὺς ἐχθροὺς ἀμύνεσθαι.

Συνεχὴς, ὁ, continens, natura cohærens & continuata, coniunctum, continuum. Interdum firmamentum apud Rhet. vide Quintil. lib. 3. cap. 13 τὸ συνεχὲς, quod cauſam continet.

Συνεχῶς, continuò, perpetuò, aſſiduè, ἀδιαλείπτως, frequenter, continenter, protinus. Demoſt. Xenoph. in Comment. συνεχῶς μὲν χειμῶνος. Aretæus, ἄγαν ξυνεχέως, ſæpe admodum.

Συνέχωσαν, obruerunt, obſtruxerunt.

Συνέψειν, concoquere. Galen. ad Glauc. Et τῶν ἐκ πίσσης lib. 3, καὶ ἀφεψήσαντα τῷ οἴνῳ ἀλίγῳ γλυκεῖ, καὶ ... συνέψειν μέχρι ...

Συνεψία, συμπόσιον, Heſych. ex eo nomine videtur verbum ductum.

Συνεψιάζω, colludo, confabulor Suid. ex Epigr. ...

Συνεωρία, occurſus, συντυχία. Apollon. 2. Arg. ... Principes gauiſi ſunt caſu, ſiue ſucceſſu. eſt autem pleonaſticum.

Συνηγορέω, ῶ, ιάσω, ηκα, iuuo, patrocinor, ... Datiuo. συνηγορεῖν τινὶ, Ariſtot. in Rhet. Sophocles in Trachin. ξυνηγορεῖς ... Dicitur etiam Συνηγορεῖν, συνηγορεῖς cum accuſat. ... iuſta patrocinio ſuo defendere. Nazianz. dicitur & συνηγορεῖσθαι.

Συνηγορέομαι, patrocinio defendor.

Συνηγορία, ας, ἡ, patrocinium, aduocatio, defenſio: cui opponitur κατηγορία. Aphthon.

Συνηγορικόν, τό, merces patrocinij, & aduocationis, Comment. Ariſtop. in Veſpis. erat autem drachma.

Συνήγορος, ου, ὁ, patronus, aduocatus, cauſidicus, παράκλητος, deprecator, ... Ariſtot. lib. 6. Polit. cap. 8. de magiſtratibus. vide in dictione εὔθυνα.

Συνῄδειν, & Attice ξυνῄδειν, conſcius eram. Plato in Apol. ἐμαυτῷ γὰρ ξυνῄδειν οὐδὲν ἐπισταμένῳ, mihi conſcius eram me nihil ſcire. οἱ συνῄδεσαν, &c. ij ſcirent vos eſſe, &c. Demoſt. συνῄδει, conſcius fuerat, ſimul ſciuerat, viderat, videbat, ſloc συνῄδει ... Demoſthenes, hæc à ſe facta ſciebat. συνῄδει ... ſciebat me iniuria affectum, Idem. συνῄδετε, conſcij eratis, ſimul ſciebatis, Æſchin.

Συνήδομαι, ἥσθην, ἡσθήσομαι, collætor, vnà lætor, συγχαίρω, delector, oblector, gratulor. Datiuo iungitur. Appianus, οἱ δὲ ... συνηδόμενοι τοῖς γεγονόσι. συνήδομαί σοι τῆς εὐτυχίας, congratulor tibi felicitatem, Budæus in Epiſtol. quadam ad Ianum Laſcarem. ... huius profectionis me pœnitet. ſic Bud. in verbo Oportet, in Annotat. in Epiſt. ὁ μὲν θανάτῳ συνήδομαι, non lætor eius morte, Eurip. ... Bud. in Epiſt. poſter. Iſocrates dixit, καὶ συνηδόμενοι ταῖς ὑμετέραις συμφοραῖς, pro ἐφηδόμενοι, noſtris temporibus & fortunis inſultantes.

Συνηδύνω, placeo, voluptatem affero, oblecto. vnà ſuauitatem dulcitudinémque conſilio. Plut. ... τὸ δὲ συνηδύνον.

Συνήθεια, ας, ἡ, conſuetudo, conuerſatio, Quintil. aſſuefactio, familiaritas, ... συνήθεια ... &c. Demoſth. συνήθεια in plurali, menſes dicuntur. Præceptum Pythagoræ, ἑλοῦ βίον τὸν ἄριστον, ἡδὺν δὲ αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει, vitam optimam elige: eá autem iucundam conſuetudo efficiat. vide Cornificium in 4. ad Heren. Cic. 2. Tuſcul. συνήθεια etiam aliquando ſermonem vulgarem, ſeu vulgò receptum ſignif.

Συνήθης, εος, ὁ καὶ ἡ, familiaris, conſuetus, vſu exercitatus, vſu cõparatus, qui contraxit conſuetudinem, in vſum receptus, aſſuetus. συνήθεις ... Plutarc. in Lycurgo, huiuſmodi conſpectus familiares iuuenibus reddens. συνήθεις ..., idem Plutarch. τὸ συνῆθες, conſuetum, ... Ariſtot. lib. 1. Metaphyſ. ... Idem libro 1. Rhetoric. ... τὸ συνῆθες ... id eſt, quod conſuetum, & quod aſſuetum induſtria atque opera. Vnde τὰ συνήθη ποιεῖν, pro conſuetum adhuc agere. Accipitur ἀντὶ τοῦ τὰ νομιζόμενα ποιεῖν, iuſta mortuis facere & parentare.

Συνήθως, pro conſuetudine, ... συνήθως ... accepei conſuetudine eorum qui in imperio eſſe ferebantur, Plutar. in Galba.

Συνῆκα, intellexi a σύνημι.

Συνήκομαι, conuenio, coeo.

Συνήκοος, ου, ὁ, q. coauditor, Genitiuo. συνήκοοι τῶν ἐκ τοῦ ... ſτόματος ἰόντων λόγων, verba ex ore modeſto profluentia ſimul audientes.

Συνήκω, deſino, contraho, coeo, concurro. Theoph. hiſtor. lib. 3. ca. 17. de fiſſuris foliorum aceris, αἱ δὲ σχίσεις ... εἰς ὀξὺ συνήκουσι, omnes fiſſuræ, conueniunt ſiue concurrunt in acutum vel contendunt, id eſt, συντείνουσι. & Ariſtotel ... εἰς ὀξὺ συνήκοντες in acutum deſinentes. mucronata ſpecie.

Συνῆλιξ, pro ὁμῆλιξ apud Pollucem, i. coæui Ciceroni, coætaneum etiam dixit Portius Latro. Συνήλικες παιδεῖαι, coæui pueri, Danielis 1.

Συνήλυθε, conuenere. Nonnus.

Συνηλυσία, ſocietas, conuentus, cœtus. in Epigr.

Συνήλυσις, εως, ἡ, conuentio, concurſus, συνέρχομαι ἐπὶ τὸ αὐτὸ, Heſych.

Συνημερινός, qui in quotidianum vſum & cõſuetudinem aſſumitur, is qui cum eſt nobis conſuetudo quotidiana, is quo familiariter vtimur. Ariſtot. 5. Polit.

Συνημερεύω, totos dies vnà verſor, totos ſimul dies exigo, vnà viuo, ſimul verſor, diem traduco & tempus. Xenop. ... συνημερεύειν τοῖς ... vide Συνδιημερεύειν.

Συνημερούμενος, vnà miteſcens, qui vna manſuefit.

Συνημμένος, coniunctus, συνημμένα ..., inter ſe deuincta.

Συνημμένως, continenter.

Συνημοσύνη, ης, ἡ, compoſitio, pactum, confœderatio, συνθήκη Heſyc. συμβασία. Suid.

Συνήμων, ſocius, familiaris. συνηγμένος, ... inquit Suid. ſchol. Apollonij exponit ... à συνεῖναι deriuans Suid. ab ἵημι quoque deriuari ſcribit, vt ſit συνιείς, priorem tamen expoſitionem & deriuationem magis probat.

Συνήνεγκεν, ἀντὶ τοῦ ὠφελῆσαι γέγονεν, conduxit & contulit, operæpretium & vtile fuit.

Συνήνεικε, contulit, profuit. Datiuo. συνήνεικε ποιήσαντι, ei profuit feciſſe. Item acceſſit, contigit, vnà conuenit, cum infinit. ... hoc ei caſu euenit, Herodot.

Συνηνέχθη ..., inuecta ſunt mala, Plutarc. in Numa. συνηνέχθη ..., ſingula contigerunt, Thucyd. ... hoc negotij contigit. ... detrimenta contigerunt. ... in ſententiam conuenerunt, Idem.

Συνήνωται τῷ πατρὶ, cum patre iunctus eſt, Nazan in Orat. 4. συνηνωμένος, Ibidem.

Συνήορος, ab ἀείρω ſignificante συζευγνύω inquit Euſtath. in hunc verſum Od. 8 φόρμιγγος θ' ἣ δαιτὶ συνήορός ἐστι θαλείῃ, id eſt, congruens, & velut apto quodam vinculo ei annexa. exponitur item conſors, compar, coniux, i. coniugus Plinio, συναρμοζόμενος, σύζυγος, συνήθης. Odyſſ. 8, cithara dicitur epuli coniuga & ſocia: φόρμιγγος θ', ἣ δαιτὶ συνήορός ἐστι θαλείῃ.

Συνήορα γονάτα, conſociata genua & paria ſeu comparia apud Non. ... vnde καὶ ὁ παρήορος.

Συνηρετμεῖν, συμφωνεῖν, ὁμονοεῖν, conuenire, concordare, concordes eſſe, tueri beneuolentiam: metaphora ſumpta à ſimul nauigantibus.

Συνηρεφεῖν, opacare, inumbrare. Theoph. hiſt. lib. 3. cap. 2. ... ὥστε τὴν πρώτην ἔτι συνηρεφεῖν, ita vt placeat ac contegat: ſiue obducat.

Συνηρεφής, έος, ὁ καὶ ἡ, ſpiſſè contectus, vmbroſus, denſus, conſitus, obſitus, hirſutus, nemoralis, opacus Gaza, ... Galeno apud Hippocr. ... Suid. ἐν τῷ συνηρεφεῖ ἐσμέν, in opaco ſumus, in vmbra, Lucian. in Acharſi. ... τοῦ συνηρεφοῦς.

Συνηρμοσμένον, τό, contractum, congregatum, συνεστραμμένον. Suid. Theophr. hiſtor. lib. 4. cap. 8. τὸ δὲ ... συνηρμοσμένα ... Sic enim legend. Et ex eo Plin. lib. 12. cap. 9. intus contortis nucleis.

Συνηρμοσμένως, contractè.

Συνηρμοσμένος, concinnatus, συνηρμοσμένος, Hippocr.

Συνηρής, idem quod συνηρεφής, σύσκιος.

Συνήριθμος, eiuſdem numeri, in Epigr.

Συνῄεσαν pro συνῇσαν, verſabantur ſeu verſati ſunt, & vnà fuerunt. Xenoph. lib. 1. Ἀπομν. οὗτοι δὲ κἀκείνω συγγενομένω, ἕως τῷ Σωκράτει συνῄεσαν, quandiu cum Socrate manſerunt. vide Ἤειν.

Συνιήσω, intelligam.

Συνῆτε, intellexeritis. οὐ μὴ συνῆτε, capite 6. Eſaiæ, nolite intelligere.

Συνηξημένος, ſimul auctus. συνηυξημένα, quæ ſimul creuerunt.

Συνηχέω, μ. ήσω, π. ηκα, conſono, reſono reſpondendo ad cantilenam. Vide Κατηχοῦντες τόποι.

Συνηχθέσθην, contriſtatus ſum. συνηχθέσθην σοι, tecum graui affectus ſum dolore. συνηχθέσθαι τοῖς παθοῦσι, Iſocrat.

Συνήχθησαν, conuenerunt. vide Συνάγεσθαι.

Συνθάκος, ου, ὁ, conſeſſor. Cic. συνθρόνος. Suid.

Συνθάλπω, concalefacio.

Συνθάπτω, ſimul ſepelio, Sophocl. συνθαπτόμενος χερσί, Nazanz. in Orat.

Συνθεᾶσθαι, conſpicari, contueri Plauto & Lucret. Polybius in 1. Τὸν γὰρ ἱππέας συνθεασάμενοι τοὺς λοιποὺς ἐπιτεθειμένους ἀποχωρεῖν.

Συνθεάτρια, ας, ἡ, Ariſtoph. & Pollux, quæ vnà ludos ſpectat, ἡ ἅμα θεάτρια.

Συνθεΐα, ας, ἡ, eadem diuinitas.

Συνθεῖν, coire, congregare.

Συνθέλω, ſimul volo, conſentio, aſſentio, faueo.

Σύνθεμα, pactum, ſignum, teſſera, σύνθημα.

Σύνθες, audi, auſculta, animaduerte. Od. ο', σὺ δὲ σύνθεο θυμῷ, i. tu condita mente teneto, νόησον, σύνες, manda memoriæ. Idem ibidem, σὺ δὲ σύνθεο καί μευ ἄκουσον, attende & audi. Aliquando σύνθες ſignificat κατάνευσον, annue, paciſcere.

Συνθερμαίνω, concalefacio. Cicer. vnde vis concalefactoria. Plin. i. συνθερμαντικὴ δύναμις Galeno.

Συνθεσία, ας, ἡ, fœdus, συνθήκη. Iliad. β, ποῦ δὴ συνθεσίαι τε καὶ ὅρκια.

Σύνθεσις, εως, ἡ, compoſitio, ἁρμονία, κόλλησις. Heſyc. compages, ſtructura commiſſura, coagmentatio, compoſitio carminis, vt ſyntaxis proſæ. Σύνθεσις, apta & concinna modis omnibus orationis & verborum ſtructura & collocatio, in qua ita cōponuntur & conſtruuntur verba, vt non aſper eorum cōcurſus, non hiulcus, ſed quodammodo coagmentatus & læuis Cic. 3. de Orator. & Fab. Quint. cap. 4. lib. 9. de hac figura ſatis multis diſſ. fuerunt. σύνθεσις apud Dialect. eſt ordo à quibuſdam confeſſis exordiens, & definens in id quod in quæſtione eſt: ἀνάλυσις autem eſt, quaſi retextio complexionis, hoc eſt τοῦ συμπεράσματος. Σύνθεσις apud Hippocr. denſitas & conſtrictio, συνάγεται καὶ σφίγξις. Σύνθεσις, ſyntheſis pro genere veſtis: de qua voce ſatis multa adnotarunt Dictionaria Latina, Cæl. Rhodiginus, Brodæus, Interpres Plin. Iunioris lib. 2. & nos in noſtris Antiquitatum libris.

Συνθέτης, compoſitor, author, Plato de Leg.

Σύνθετο, συνῆκε, ἤκουσε, Hom. Odyſſ.

Σύνθετος, ου, ὁ, compoſitus, fucatus, ex compoſito adornatus, concretus, coagmentatus.

Συνθήκη, ης, ἡ: ἀπὸ τοῦ συντίθεσθαι: id eſt pactum, conuentum, fœdus, ὁμολογία, σύμβασις καὶ συμβόλαιον. Ariſtotel. 3. Politic. Καὶ ὁ νόμος συνθήκη, καθάπερ ἔφη Λυκόφρων ὁ σοφιστὴς, ἐγγυητὴς ἀλλήλοις τῶν δικαίων, lex eſt conuentum, & vt Lycophr. ſophiſta dixit, veluti ſponſor quidam inter ciues iuris vnicuique ſui obtinendi. Inde κατὰ συνθήκην, ex compacto & veluti in commune conditione lata. Ethicor. libro quinto, Οἷον δ' ὑπάλλαγμα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γέγονε κατὰ συνθήκην, ciuili conſenſu & inſtituto & iure recepto. Alexander in ſecundo de Anima. Ἔστι γὰρ ἡ συνθήκη ζητοῦσί τι περὶ τοῦ δικαίου, id eſt compactum & conſenſio. Dicitur & pro eo in Plurali Συνθῆκαι. Demoſthenes, ἀφ' ἧς αἱ συνθῆκαι καθ' ἃς ἐμίσθωσε, id eſt συμβόλαια. Idem, καὶ τοῦτο παρὰ συνθήκας φησὶν αὐτὸν πεποιηκέναι, id eſt, contra fidem pacti & contractus. Polyb. libro primo, πρὸς τὸν Ἱέρωνα πεποιημένοι τὰς συνθήκας, qui fœdus fecerant cum Hierone. Συνθήκη, conſenſus, aſſenſus, aſtipulatio. συγκατάθεσις. Demoſthenes contra Ariſtogit. ὅτι ταῖς ἰδίαις τῶν ἀνθρώπων καὶ ἑκουσίοις διαμαρτήμασι, τύχαις δὲ συνθήκη κοινὴ, καθ' ἣν πάντες οἰκοῦσι ζῶσι πᾶς ἐν πόλει, id eſt, communis conſenſus ciuitatis. Baſilius, ἵνα τὴν ἐπὶ ταῖς βλαβεραῖς ταῖς ἐκκλησίαις τῷ θεῷ τὸ κοινὸν συνθήκη, ταύτην ἐπισφραγίσωνται τῇ ὑπογραφῇ τοῦ βουλεύματος, i. aſſenſu & aſtipulatione. Alibi συνθήκην & ὑπογραφὴν pro eodem dixit. Συνθῆκαι etiam tabulæ dicuntur, quia in tabulis ſcribuntur pacta, ſic contra tabulas pro ipſis pactis etiam apud Latinos. Ariſtoteles Rhetoricor. libro primo, ὁποῖοι γὰρ ἄν τινες ὦσιν οἱ ἐπιγεγραμμένοι, ἢ φυλάττοντες, τοιαῦται αἱ συνθῆκαι πισταί εἰσι, Quales enim fama & exiſtimatione fuerint, qui tabulas obſignarunt, aut cuſtodierunt, quibus pacta continētur, talis opinio de tabulis erit: ſi obſignatores (ita enim vocat Quintilianus quos Ariſtoteles ἐπιγεγραμμένους, & tabulas, συνθήκας) earum cuſtodéſque honeſti viri, pacta quoque facta credentur: ſi contra improbi, ficta illa falſáque habebuntur: pendet. n. inde omnis ipſarum auctoritas & fides. Scitum verò quod de pactis ita ſcribit Commentarius Ariſtophanis in Acharnenſ. αἱ γὰρ συνθῆκαι διὰ τριῶν τελοῦνται, λόγων, ἔργων, χειρῶν. λόγων μὲν δὴ δι' ὅρκων. ἔργων δὲ διὰ τῶν ἐν βωμοῖς θυσιῶν. χειρῶν δὲ, ὅταν αἱ πίστεις διὰ τῆς δεξιᾶς γίνονται. Et Hom. ait Iliad. lib. 2. καὶ δεξιαὶ ᾗς ἐπέπιθμεν.

Συνθηκοφύλαξ, κος, ὁ, ſequeſter.

Σύνθημα, vel Σύνθεμα, τος, τὸ, ἀπὸ τοῦ συντίθεσθαι: compoſitum, conſtitutum. συνθήκη, τὸ συμβόλαιον, καὶ συγκείμενον. Vnde quod compoſitò Virgilio, ex compoſito Liuio, conſtitutò Ciceroni, vel cōdictò Feſto, de compacto Plauto, & ex compacto Suet. id eſt Græcè ἀπὸ συνθήματος, vel ἀπὸ συγκειμένου Pauſaniæ. Gregorius, ἐκ παρασκευῆς εἰς ταὐτὸ συνελθόντες, ὥσπερ ἀπὸ συνθήματος, i. In vnū ex præparato conuenientes velut ex conſtituto. Σύνθημα inde (quia condicta & compromiſſa, compacta & conſtituta communi aliquo ſigno & ſymbolo confirmari ſoleant) ἀντὶ τοῦ σύσσημον, i. commune inter partes ſignum ponitur, & pro eo quod eſt σύμβολον, generalitérque pro ſigno, vt σημεῖον καὶ τέκμαιρον. Apud Virg. Æneid. 5.

Intenti expectant ſignum.

Et, -ſignóque repente Corripiunt ſpatia audito.

Rurſus, -ſignum clamore paratis

Æpytides longe dedit, inſonuítque flagello.

vbi ſignum, id eſt σύνθημα, ἤγουν σημεῖον τῆς ἀφορμῆς. Plutarch. συνθήματος δοθέντος παρ' ἀμφοτέρων, ſigno pugnæ vtrinque dato. Terentius in Eunucho, Tu hoſce inſtrue. hic ego ero poſt principia: inde omnibus ſignum dabo. Liuius 2. ab Vrbe, Senſêre vigiles: excitatus exercitus: ſigno dato concurſum eſt ad arma. Atque ita tranſlatè dixit Syneſius in Epiſt. οἱ δὲ ἐγχώριοι ὁμοῦ ἱερέων ὃ τοῦτο θεὸς δέδωκεν, ὑπὸ νόμων τῆς ἀνάγκης, καὶ ὡς θεῖον σύνθημα ὑπεδέξαντο, tanquam ſignum diuinitus datum: Dei nutum ac numen. Σύνθημα pro ſigno, i. vexillo, quod σημεῖον καὶ σύμβολον etiam dicitur. Gregorius, Τιμᾷ δὲ κατὰ τοῦ μεγάλου συνθήματος ὃ κατὰ τοῦ σταυροῦ πομπεύει, καὶ ἄγει τὸν στρατὸν εἰς ὕψος αἰρόμενον Sic labarum σύνθημα dicitur. Σύνθημα, i. σύμβολον, teſſera: vt apud Virgil. 7. Æneid. -it bello teſſera ſignum. Et Silius Italicus in 15, -tacitum dat teſſera ſignum. Erat autem, vt dictum in voce Σύμβολον, ſignum quod ad pugnam exeuntibus dabatur vitandæ confuſionis cauſa. Vnde παραγγέλλειν τὸ σύνθημα, id eſt, teſſeram dare Sil. Xenophon Pædiæ tertio. Κατ' δ' ἤδη ἐξω βελῶν ἦσαν, παρηγγύα ὁ Κῦρος σύνθημα, Ζεὺς σύμμαχος καὶ ἡγεμών. ἐπεὶ δὲ πάλιν ἧκε τὸ σύνθημα ἀνταποδιδόμενον, ἐξῆρχεν αὐτὸς ὁ Κῦρος παιᾶνα τὸν νομιζόμενον. Idem in ſeptimo, Ταῦτα εἰπὼν, καὶ σύνθημα παρεγγυήσας, Ζεὺς σωτὴρ καὶ ἡγεμὼν, ἐπορεύετο. Σύνθημα, id eſt teſſera, etiam dabatur vigilibus & excubitoribus ab eo qui Latinè teſſerarius dicitur, Græcéque ἔφοδος ſiue ἐφοδεύων, id eſt, circitor ſiue circuitor. Polybius de caſtrametatione Romanor. loquens, Τὸν δ' ἐφόδων ἕκαστος ἅμα τῷ φωτὶ πρὸς τὸν χιλίαρχον ἀναφέρει τὸ σύνθημα: καὶ μετὰ τοῦτο δίδωσι χωρὶς ἐγκλήματος ἀπαλλάττεται οἴκαδε. vbi taleolas lignas fuiſſe oſtendit inſignitas characteribus. Ait enim, ὁ δὲ (χιλίαρχος) δίδωσι τούτοις πᾶσι ξυλήφια κατὰ φυλακὴν βραχέα παντελῶς ἔχοντα χαράγματα, &c. Ibidem τὸ ξύλον dixit pro ipſa teſſera. Liuius libro ſeptimo, Teſſera per caſtra à Liuio Coſ. data erat, &c. Fuluiam Antonij vxorem accingi enſe ſolitam, ſcribit in Auguſti rebus Dion, & σύνθημα διδόναι militibus. Vnde τὸ σύνθημα αἰτεῖν, eſt teſſeram petere ab Imperatore ſiue duce: quod & ſignum petere dicitur à Suetonio. Lege quæ iam adnotauimus in dictione Πέδον. Σύνθημα item vocatur σημεῖον ἐκ τῆς φρυκτωρίας διὰ πυρσῶν, ſignum quod per ignem datur è ſpecula, vt in obſidione fit. Sic illa Helene apud Virgilium φρυκτωρεῖ, vt in hoc verbo obſeruauimus. Et σύνθημα διὰ πυρσῶν intelligit idem Poeta vbi ait Æneid. ſecundo, flammas cum regia puppis Extulerat. De quo genere συνθήματος intelligit & Polybius, vbi ait (de Arato qui dato ineptè ſigno ſpe capiendæ vrbis excidit) Κατὰ τὸ σύνθημα τι καὶ προσδοκίμενος ἀποτυχίας ἀπέτυχε. Συνθήματα in ſcriptura ſecretiore, vel ſigna ſunt & notæ arcanæ: vel ænigmata ſenſus reconditi. Polybius, Καὶ παραγγέλλει τὸ πρακτέον συνθέντες πρὸς τὸν ἀρχηγὸν ἐπιστολὰς γεγραμμένας συνθηματικῶς (id eſt, συμβολικῶς καὶ διὰ σημείων, per notas & ſigna ſcriptas: Zyphram vocant, id eſt σιγλας. vide Σίγλαι.) καθάπερ ἔθος ἦν αὐτοῖς ἐπιτελεῖν. Addit rationem huius ſcripturæ ſymbolicæ, ὅτι τὸ τὸν κομίζοντα τὰς ἐπιστολὰς μὴ δύνασθαι γνῶναι μηδὲν τῶν ἐν αὐταῖς γεγραμμένων. Hoc Cicero vocat διὰ σημείων, in Epiſtol. ad Attic. Parum intellexti credo, quia διὰ σημείων ſcripſeram. Et alibi dixit notam apponere, id eſt σύνθημα. Reliquis epiſtolis, inquit, tantum faciam, vt notam apponam quæ mihi tecum conuenit. Et Suetonius per notas ſcribere vocat τὸ συνθηματικῶς γράφειν: ſic ille in Cæſare, Ad Ciceronem, item ad familiares, domeſticis de rebus, in quibus ſi qua occultius perferenda, per notas ſcripſit. Illis notis etiam ſcribuntur interdum epiſtolæ commendatitiæ καὶ συστατικαί. Gregorius συνθήματα ἀπόρρητα appellat in prima inuectiua contra Iulianum, ἢ τὰ εἰς ἓν διαφόρως

μένης φιλανθρωπίας, τὴν ἐν ἄλλοις ὄνομα, ἢ τὴν ἐν τοῖς ἐπιστολιμαίοις συνθήμασιν, οἷς ἐμοῖς ἐκ ἔθους οἱ ἐπίσκοποι χρώμενοι προσγινομένους, ἃ δὲ ἢ μάλιστα θαυμάζων εἶχε διανοούμενος, id eſt, in notis velútque teſſeris epiſtolaribus. In Eccleſiaſt. hiſtoriæ, quæ Tripartita nuncupatur, libro 6. Sozomenus de eodem Iuliano ita inquit, Præcipuè verò æmulatus eſſe dicitur notas literarum Epiſcopalium, quibus ſolent inter ſe ſcribentes commendare peregrinos: & quò proficiſcantur, & vnde veniant, indicare. Dimiſſoriæ literæ vocantur à Gratiano diſtinctione ſeptuageſimatertia. Ibidem etiam formatas vocari ſcribit. Cur autẽ Iulianus eiuſdem epiſtolas admiraretur, intelligi ex eadem diſtinctione poteſt: in qua ratio & forma earum epiſtolarum deſcribitur. Earum fit mentio in conſtitutionibus Chalcedonenſis concilij, vbi epiſtolæ commendatitiæ vocantur ab Interprete. Sic & apud Polybium, Συνθήματα λαβὼν ἢ πίστεις πρὸς Νικάνορα: Interpres tranſtulit, Acceptis literis commendatitiis facturiſque fidem. Rectè ſi de literis per notas ſcriptis intelligatur: vt alibi ἔχων συνθήματα ἢ γράμματα. Apud Hieronymum in epiſtola ad Iulianum, quæ incipit, Filius meus frater tuus, ſic aſcriptum, Iam dimiſſo ſynthemate equus publicus ſternebatur. In Pandectis Græcis συνθήματα vocantur διπλώματα, quæ his dabantur qui curſu publico vtebantur. Cuius eſt mentio libro 12. Codicis Iuſt. Vnde Συνθηματικαὶ ἐπιστολαὶ dictæ. quo verbo etiam furtiuæ & ſymbolicæ ſignificantur, cuiuſmodi hodie maximè frequentantur, præſertim ab iis qui per hoſtica loca bellóque infeſta tabellarios mittunt. Συνθήματα pro σύμβολα, ſymbola, vt Pythagorica, ænigmata, αἰνίγματα. Dionyſ. Theol. μὴ γὰρ οἰώμεθα τὰ φαινόμενα τῶν συνθημάτων ἐφ᾽ ἑαυτῶν ἀναπεπλάσθαι, Non enim exiſtimare nos oportet quæ figuratè diuinitus tradita ſunt de nihilo ſic eſſe prodita, ſed ſub illis inuolucris integumentiſque verborum, ſenſus reconditos ſubeſſe atque contineri. vide Σύμβολον.

Συνθηματικῶς, οἱ συγκαλυμμένοι, ἢ ἀπὸ συνθημάτων, in Auibus. Ariſtophanes Συνθηματιαίους σημείοις dixit, Pollux exponit ἐγκαλυμμένοις, ἀσήμοις, Suid. ἀσήμοις.

Συνθηματικός, vt συνθηματικαὶ ἐπιστολαὶ literæ quæ per ſigna, & notas arcanas ſcribuntur.

Συνθηματικῶς, id eſt, per notas & ſigna, συμβολικῶς. vide Σύνθημα.

Συνθηράω, ſimul venor, Xenoph.

Συνθηρατής, οῦ, ὁ, ſocius in venatione, συγκυνηγέτης, σύνθηρος.

Σύνθηρος, ου, ὁ, ſimul venans. Cum Genit. Xenoph. οἶμαί σοι ἐπιτήδειον εἶναί με σύνθηρον τῶν ἀγαθῶν φίλων, arbitror me tibi ad venandos amicos eſſe ſocium.

Συνθιασώτης, ου, ὁ, ſocius, conſors, ſodalis. Ariſtophan. in Pluto, δύο πρεσβύτα ξυνθιασώτα τοῦ λήρου, i. conſortes delirij ſeu delirandi. συνθιασώτας τῆς αὐτῆς ἡλικίας, id eſt ἡλικιώτας, Ariſtoph. Interpr.

Συνθλάω, confringo, contundo, conquaſſo Catoni Matth. capit. 21. Ὁ πεσὼν ἐπὶ τὸν λίθον τοῦτον συνθλασθήσεται, conquaſſabitur. Quod & Lucæ 20.

Συνθλίβομαι, dilabor, pereo.

Συνθλίβω, comprimo, conſtringo, vexo.

Συνθνήσκω, commorior Plin. ſimul morior. συνθνήσκω σοι, tecum morior, Ariſtoph.

Σύνθοινος, ου, ὁ, conuiua. σύνθοινος, idem apud Athen.

Συνθολοῦν, confundere, conturbare.

Σύνθρηνος, luctus, ſeu lamentorum ſocius. Ariſtot.

Συνθραύω, confringo, συντρίβω.

Σύνθρονος, ὁ ἢ ἡ, eiuſdem throni & dignitatis conſors. Nazanzen. τὸ ἅγιον πνεῦμα τῷ πατρὶ ἢ υἱῷ συμφυὲς ἐστὶ ἢ σύνθρονον.

Σύνθροος ἠχώ, vox concors & conſona, Nonn.

Συνθρύπτω, deliciis frango, delicatum ſeu mollem reddo. item comminuo, affigo. Actorum capite 21. συνθρύπτοντές μου τὴν καρδίαν.

Συνθυμεῖν, ſimul indignari, conſentire, συνοργίζεσθαι, συμψυχεῖν, Suidas.

Συνθύω, ſimul ſacrifico.

Σύνθωκος Polluci, i. conſeſſus.

Συνιάσαι, exponunt excutere, agitare, diſpergere, ventilare, vt cùm triticum ventilando in altum conijcitur. Lucæ cap. 22. Ὁ σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς, τοῦ συνιάσαι ὡς τὸν σῖτον, Satanas expetiuit vos, vt ventilaret ſicut triticum: Alij cribraret.

Συνίασι, concurrunt. Apollon. 2. Argon. ἀλλὰ θαμειαὶ ξυνίασι.

Συνιᾶσι, intelligunt, Bud. in Epiſt. poſter. & Lucianus à verbo συνίημι.

Συνιδεῖν, conſiderare, conſpicere, perſpicere, ſenſiſſe, intellexiſſe, καταμαθεῖν, cognoſcere. Iſocrat. οἱ μὲν ὅσα τὸ δέον ἀξίως ἀποθέσθαι χαλεπὸν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς συνιδεῖν.

Συνιδρόω, q. conſudare, à συνιδρόω.

Συνιέναι, conuenire, congredi, colloqui. Heſiod. in Theogo. φωναὶ φθέγγονθ᾽ ὥστε θεοῖσι συνιέμεν, i. ita voces ſonabant Typhonis vt cum diis congrederetur.

Συνιέναι, intelligere, intellexiſſe. μὴ συνιέναι, ignorare, Demoſt.

Συνιέναι, congredi, coire, vnà ire, conuenire, congregari, concurrere, contrahi. συνιέναι εἰς αὑτό, ſe colligere, in ſe coire, Ariſtoteles in Probl. συνιέναι πρὸς τὴν γῆν, in terram corruere.

Συνιερεύς, apud Dinarch. vel qui vnà ſacra facit, vel collega ſacrorum.

Συνιζάνω, reſideo, (quemadmodum in ſeſe reſident ſpongiæ preſſæ) συμπίπτω, συνίζω, conſido, ſubſideo. συνισταθῆναι ἢ συνιζάνειν τὸν πηλὸν ἐν πυρί, condenſari & coire lutum in igne, Plut. in Publicola. Item conſidero.

Συνιζάνουσα φλὸξ, conſidens flamma, Bud. in Epiſt. poſter.

Συνίζησις, εως, ἡ, conſeſſus, συγκάθισις Heſychio: labes, ſedimẽtum molis, i. quum magnæ molis ſtructuræ ſubſidunt rimas quaſdam edentes. Ariſtoteles de mundo, οἱ δὲ σεισμοὶ συνιζήσεις ποιοῦντες εἰς τὰ κοῖλα χασματίαι καλοῦνται, terræmotus qui labes terræ relinquũt in caua ſubſidentes ab hiatu dicũtur χασματίαι. Alexand. Aphrod. lib. 2. Probl. ἡ λύπη συνιζάνειν ποιεῖ γίνεσθαι τῶν σωμάτων, mœror vt corpora ſubſideant efficit, ſeu vt conſideant. Et in carmine συνίζησις dicitur, quum inter metiendum carmen, duæ vocales ſyllabis diuiſæ pro vna computãtur, vt δενδρέῳ ἐφεζόμενοι. Et Iliad. α, ἕως ὁ ταῦθ᾽ ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν. Eſt etiam συνίζησις quum ſcribitur ἀχιλλεῖ pro ἀχιλλεῖ, Interpr. Eurip. Dicitur & συνεκφώνησις.

Συνίζω, idem quod συνιζάνω.

Συνίημι, ίεις, ιεῖ, ἧκα, intelligo, μανθάνω, diſco, animaduerto, γινώσκω, audio. Inde συνιᾶσι, tertia perſona Pluralis Indicat. Actiuũ eſt: & quum ſignificat intelligo, Accuſatiuum habet: quũ ſentio, Genit. Lucia. in Caucaſo dicit, οὐδ᾽ ἂν συνίεμεν ὅσων ἀγαθῶν ἀπολαύομεν, non intelligeremus quantum felices ſimus. Hom. Odyſ. ο, ἄκουε καὶ ξύνιει ἢ τέρπου, i. audi ſeu attende & intellige. Ad Epheſios capite quinto, ἀλλὰ συνιέντες τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, Intelligentes quæ ſit voluntas Domini. Conſtruitur quoque non ineleganter cum Participio, vt συνίημι πάσχων κακῶς, ἢ συνίημι μεμηνυμένος. συνίημι πεπονθὼς, Lucian. Συνίημι, compono, committo, συμβάλλω, συμμίγνυμι. vt Iliad. α, ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι, pro συνέμιξε ἢ συνέβαλε. σύνοιδα, conſcius ſum. Luc. οὐδὲ σύνοιδα ἐμαυτῷ οὐδεμιᾷ γυναικὶ γεγονὼς ποθεινὸς, neque mihi conſcius ſum me ab aliqua amatum eſſe accipitur etiam pro μανθάνω. apud Ariſt. in Ethic. συνιεῖν pro συνιέναι dictum fuiſſe tradit Euſtath. reperitur συνιεῖ, id eſt, intellexit. Sap. 9. ſic συνιῶσι in nouo teſtamẽto ſic & συνιεῖ & οἱ συνιοῦντες. apud Bib. interpretes. In Cebet. tabula ἐὰν συνιῇς ſi intelligas & ξυνιέναι apud Xenoph. putantur eſſe vt πιθέσθαι συνιέσθαι, paciſci, tranſigi, Iliad. ν.

Συνικμάζω, idẽ quod ἰκμάζω, συνικμάζεσθαι, humectari apud Theophraſtum.

Σύνισαν, & ξύνισαν, congrediebantur. Heſiod. in Theog. οἱ δὲ ξύνισαν μεγάλῃ ἀλαλητῷ, illi concurrebant, Idem, ἐν ἀσπίδι, οἱ δ᾽ ἀλαλητῷ θαυμασίῳ σύνισαν: breui ſecunda.

Συνίσασι, vnà ſciunt, ſunt conſcij, cognoſcunt, Sophocl. & Demo. tanquam à σύνισημι.

Συνίσθι, Eurip. ſis conſcius, i. συνεπίστασο.

Συνίσταμαι Paſſiuè, conſto, conſtituo, conſiſto, ἀρχὴν λαμβάνω καὶ ὕπαρξιν ἔχω ἢ φύσιν εἰς τὸ εἶ. Demoſthenes, συσταθέντα πράγματα, res conſtitutæ. Ariſtoteles περὶ ζῴων libro quinto, συνίστασθαι τοιαῦτα τῶν ζώων, tales exiſtere animantes, id eſt conſtare & cõponi. Plutarchus in Solone, συνισταμένην τυραννίδα κωλύειν, conſtantem ſurgentémque tyrannidem opprimere. Συνίσταμαι Actiuè, τὸ συνίστημι, conſtituo, conſtabilio Terentio, compono, id eſt, compingo, coagmento, fingo, & conſtruo, cogo. Plato in Timæo, ξυνέδησεν ἢ ξυνεστήσατο οὐρανὸν ὁρατὸν ἢ ἁπτόν, i. conſtituit, finxit, aptauit. Cicero ſic tranſtulit: Qua ex coniunctione cælum ita aptum eſt, vt ſub aſpectum & tactum cadat: id eſt ξυνέστησε, coagmentauit. Ariſtoteles hiſtoriæ 9. de Veſpis. πλάττονται τὰ κηρία, ἢ συνίστανται τὰ κύτταρα σφηκώδη ὥσπερ αἱ μέλιτται τετράθυρα, conſtruunt fauos ſuos quadriforés. Συνίσταμαι, conſtituo, id eſt colloco, ſtatuo, firmo. Polybius, κατὰ τούτους συνίστατο διὰ τὰς ἐπὶ τῶν μηχανημάτων παρασκευάς, In iis locis ſuarum machinarum apparatus conſtituit. Sic Συνίστασθαι πολιορκίαν, vulgò *mettre le ſiege*, id eſt, oppugnandæ vrbi caſtra conſtituere: obſidere atque obſidẽre. Polybius libro 5. ἀντίοχος δὲ συστησάμενος πολιορκίαν περὶ τὴν προειρημένην πόλιν ἄπρακτος, ἢ ἀφαιρεῖν οὐδὲν δυνάμενος, συνάψεσθαι ἔτι τοῦ χειμῶνος συνεχῶς ἀγχοῦ πολεμεῖσθαι. Συνίστασθαι, pugnam vel prælium committere, conſerere, συμβάλλεσθαι. Machabæor. libri 1. capite 2. ἢ συνεστήσαντο πρὸς αὐτοὺς πόλεμον ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, pugnam commiſerunt. Et capite 1. Καὶ συνεστήσατο πόλεμον πρὸς πολεμίους. Plutarchus in Fabio, πρὸς τὸν Ἀννίβαν πολέμου συνέστατο τοὺς πρώτους ἀγῶνας, aduerſus Annibalem belli prima certamina excitauit: primus cum eo conflixit & conſeruit. Idem in Romulo, Συσταθέντων ἀγώνων, collatis præliis: pugna commiſſa. Polybius in 3. ὅλως περὶ τῶν ὅλων κατὰ μηδένα τρόπον συνίστασθαι, de ſumma rerum nullo modo periclitari atque vno prælio ſiue conflictu experiri.

Συνίστασθαι, conuenire, congregari, ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθαι, manum facere, accedere ad auxilium & ad bellum conſociari. Thucydid. Συνιστάμενος ὁρῶν πρὸς ἑκατέρους, è ſuis finibus ad alterutros accedens, id eſt, veniens in auxilium. Idem, Συνιστάμενοι πρὸς ἀλλήλους, inter ſe alius alium conuenientes. Idem, ἐσοῖτ' ἀεὶ πρὸς αὐτὸν, ad eos accedunt. Συνίστασθαι, conſtare, id eſt ſimul ſtare, conſiſtere, & coire, congregari. Thucydid. libro 2. ἐς σφᾶς αὐτοὺς ξυνιστάμενοι, inter ſe conſiſtentes, id eſt, congredientes ſiue cœtus habentes. Xenophon ἀνάβασ. 5. Σύλλογοι ἐγίνοντο, καὶ κύκλοι συνίσταντο, cœtus habebantur & conſtabant coronæ & circuli, id eſt, in circulis conſiſtebatur. Plautus in Capt. Conſtant, conferunt ſermones inter ſe. Saluſtius, Multitudinem procul hoſtium conſtare viderunt, id eſt συνίστασθαι.

Συνίσταμαι, coeo, id eſt coniuro, conſpiro. vnde Σύστασις, coitio & conſpiratio. Et συνεστῶτες, coniurati. Plutarchus, οἱ δὲ συνίσταντο τῷ Κατιλίνᾳ, cum Catilina coiuerunt & conſpirarunt. Demoſthenes in ... Cùm conueneris & coieris quo res iudicio circumuenirentur & condemnaretur. Sic Cicero pro Cluentio, Coire de innocentium fortunis. Et, Coire de locupletiſſimorum bonis, id eſt, de euertendis innocentium bonis, aut locupletum fortunis, in abdito conſilia agitare. Plato de Legibus, συστάσεις ... conſpirans & conflata coitio. Demoſthenes ... conſpirantes & factioſè opprimentes ciceerunt. Συνίσταμαι, conuenio, id eſt aſſentior, aſtipulor & à partibus alicuius ſto. ταῦτα ἐμοὶ πρὸς σὲ συνίσταται, hoc tecum mihi conſtat & conuenit: in hoc à te ſto: tibi aſtipulor. Et συνιστάμεθα, inter nos conuenit. Themiſtocles in 4. Phyſicor. ... οἱ συνιστάμενοι τῷ ... Cui opponuntur Διΐσταμαι & Ἐξίσταμαι. Συνίσταμαι Paſſ. commendor. Paulus 2. ad Corinthios capite 12. Ἐγὼ γὰρ ὤφειλον ὑφ' ὑμῶν συνίστασθαι, Nam ego debueram à vobis commendari. Iſocrates Philippo, μάλιστα δὲ ... ὑμῶν, Cumprimis optaſſem, vt ipſe per nos tibi commendatus eſſet atque conciliatus. Vide Συνίστημι. Συστάθῆναι, pro ſtudioſè excipi, coli atque in contubernium admitti. Vide Σύστασις.

Συνιστάω & Συνιστάνω, id eſt συνίστημι, commendo. Paulus 2. ad Corinth. cap. 3. Ἀρχόμεθα πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνειν; μὴ χρῄζομεν, ὥς τινες, συστατικῶν ἐπιστολῶν πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐξ ὑμῶν συστατικῶν; Incipimus rurſus nos ipſos commendare? num egemus, vt nonnulli, commendatitiis epiſtolis apud vos, aut à vobis commendatitiis? Et capite quinto, Οὐ γὰρ πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνομεν ὑμῖν. Rurſus capite decimo, Οὐ γὰρ τολμῶμεν ἐγκρῖναι ἢ συγκρῖναι ἑαυτούς τισι τῶν ἑαυτοὺς συνιστανόντων, Non enim audemus inſerere aut conferre nos cum quibuſdam, qui ſe ipſi commendant. Ibidem, οὐ γὰρ ὁ ἑαυτὸν συνιστῶν, ἐκεῖνός ἐστι δόκιμος, ἀλλ' ὃν ὁ Κύριος συνίστησι, Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed is quem Dominus commendat. Chryſoſtomus ſecundæ ad Corinthios capite ſecundo, ... id eſt commendare. συνιστάω, cui opponitur διαβάλλειν. Baſilius, ... Συνιστᾶν etiam eſt approbare, i. efficere vt cum factorum aut dictorum ratio conſtet, ab aliis ea vt recta probentur atque laudentur. Plinius, Hoc atteſtabatur vel inimico iudici ſe approbare poſſe. Cicero in Verrem, Nō vereor ne hoc meam officium P. Seruilio iudici non approbem. Pro eo idem conſueuit dicere Probare, vt pro Ligar. probare ſe: & Cornificino, probare ſeſe, id eſt approbare, τὸ συνιστᾶν ἑαυτόν. Paulus ſecundæ ad Corinthios capite ſexto, Ἀλλ' ἐν παντὶ συνιστῶντες ἑαυτοὺς ὡς Θεοῦ διάκονοι, Sed in omnibus vt Dei miniſtri nos ipſos approbantes, id eſt, facientes vt actorum noſtrorum ratio conſtet, ita vt meritò probari poſſit: nos ita præſtantes atque exhibentes quales decet Dei miniſtros. Nam quod alij exponunt, μαρτυροῦντες καὶ γνωρίζοντες ἑαυτούς, mihi planè non probatur. Συνιστάνειν, concinnare, Polybius libro quinto, ... συνιστάνειν.

Συνίσεις, ſimul ſciris, conſcij eſtis. Thucyd.

Συνίστημι, μ. στήσω, π. έστηκα, τὸ συνίσταμαι, conſto, id eſt ſum, τὸ ὑπάρχω, conſtituor: quod vim habet Paſſiui. Polybius libro ſecundo, Περὶ τῆς αὐτῶν ἐλευθερίας συνεστάναι τὸν ὅλον ἀγῶνα, certamen vniuerſum conſtare & eſſe de ſalute & ſua libertate: in eo certamine vniuerſam conſtitutam ſuamque ſalutem eſſe. Quod & conſiſtere dicitur. Eſt enim Συνίσταμαι, conſiſtere, conſtitutum eſſe, compactum vel coagmentatum, ſiue confictum & conformatum eſſe, id eſt συνίστασθαι. Vnde Σύστασις, id eſt concretio, compages. Ariſtoteles libro de Poetica, Δεῖ ἄρα τοὺς συνεστῶτας εὖ μύθους, μήθ' ὁπόθεν ἔτυχεν ἄρχεσθαι, Decet autem ritè confictas & compoſitas fabulas minimè temerè vndelibet exordiri. Ibidem, Καὶ ἅπαν πρᾶγμα, ὃ συνέστηκεν ἔκ τινων, quodcunque ex aliquibus conſtitit & coaluit, id eſt compoſitum eſt. Nec diuerſa ſignificatio apud Polybium, vbi libro ſecundo, ... conſtantes & conſiſtentes cohortes, id eſt, non diſſipatas, ſed plenas & integras. Plato Politicor. ... χαλεπὸν μὲν ... τὴν ... ita conſtantem & conſtitutam ciuitatem commouere difficile. Συνεστάναι ſeu συνεστηκὸς τὸ ζήτημα dicitur, id eſt, quæſtio ſiue controuerſia dicitur conſiſtere vel conſtare, ſeu ſubſiſtere & conſtitui, quæ in iudicium deduci poteſt. Contra dicitur ea non conſiſtere, quæ ab Oratore quia ſuſcipi non debeat, ne cauſa quidem dicenda eſt. Eſt itaque συνεστηκὸς ζήτημα, quæſtio quæ ita controuerſiam in iudicio facere poteſt, vt ab vtraque parte argumenta & probationes in medium adduci poſſint, & inde exiſtere id quod κρινόμενον dicitur, id eſt iudicatio Ciceroni & Quintilian. vide Hermogenem. Et Συνεστηκὼς vocatur compactus, ſolidus, non fluxus. Ariſtoteles hiſtoriæ 8. ... μᾶλλον τῶν ... magis conſtant & firmæ ſunt. vide antea in voce Συνεστώς. Συνίστημι Actiu. id eſt, conſtituo, conſtabilio Terentio, confirmo, aſtruo, βεβαιῶ, κατασκευάζω. Paulus ad Romanos capite tertio, εἰ δὲ ἡ ἀδικία ἡμῶν Θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι, τί ἐροῦμεν; Si autem iniuſtitia noſtra, Dei iuſtitiam conſtabilit & aſtruit; i. eſt confirmat καὶ βεβαιοῖ. Interpretes, Commendat, quod non hîc appoſitè. Alexander de Fato, τὸ μὲν γὰρ εἶναί τι τὴν εἱμαρμένην, ἱκανῶς ἡ κοινὴ τῶν ἀνθρώπων συνίστησι πρόληψις, Non temerè hominibus innata hæc anticipata opinio fatum eſſe conſtituit atque aſtruit. Idem, ... id eſt confirmare, κατασκευάζειν. Baſilius in Hexaem. homil. tertia, καὶ ταῖς γεωμετρικαῖς ἀνάγκαις συνιστῶσι ... Geometricis demonſtrationibus aſtruent. quod & κατασκευάζειν & ... Euſtathio rurſus ſic ſcribit, ... Gregorius Olympio, ... vrbs quam tempus conſtabilit. Polybius in ſecundo hiſtoriæ, ... id eſt, iam conſtabilitis, conſtitutis formatiſque rebus Italiæ. vnde Σύστασις dicitur conſtitutio. Συνίστημι, conſtituere, id eſt præficere. Polybius libro ſecundo, ... cum prætorem illis præfeciſſent. Sic regem conſtituere dixit Cæſar. 4. belli Gal. Συνίστημι, conſtituo, id eſt, concilio, & conſocio: quo modo Cic. dicit conſtituere amicitiam cum aliquo: & in Epiſt. ad Caton. Eum quem tu diligenter mihi commendaras, maxima apud regem authoritate, gratiaque conſt tui. Et alibi, Ab oratoribus ciuitates ab initio conſtitutas eſſe, id eſt conciliatas. Xenophon ... τὰς μεγίστας πόλεις πρὸς ἀλλήλας, maximas inter ſe ciuitates conſtituerunt, i. author es fuere maximis ciuitatibus coniunctionis inter ipſas. Iſocrates Philip. ... id eſt conſtituere. Idem, ... Συνιστάναι inde, pro facere vt quis innoteſcat, id eſt, γνωρίζειν, τὸ γνώριμον ποιεῖν, commendare. vnde συστατικὴ ἐπιστολή, commendatitia epiſtola. Laertius in Arceſilao, ... conciliauit & commendauit. Syneſius, ... Quod & tradere præter Cicer. in Epiſt. ad Cæſar. dicit & Horatius, hunc hominem ſi velles tradere, &c. Chion. in Epiſt. ... rogauit me vt ſe tibi traderem atque commendarem. Quod & συνιστάναι dicitur. vide infra Demoſthen. ... quem commendauit & conciliauit patri meo. Ibidem, ... Tranſlatè in hoc ſignificatu ſic vſurpauit Syneſ. ... Ait Simonidis poëmate Hierona apud poſteritate clariſſe & celebrè factum fuiſſe. Sic Cicero, immortalitati vel ſempiternæ gloriæ commendare, dixit 2. de Oratore. & in Epiſtol. Συνιστάναι inde (quòd qui commendent eorum quos alteri concilient mores probare ſoleant de cæteriſque teſtari) pro teſtificari, approbare. Pro quo & probare dicitur, vt infra in verbo Συνιστάω. Paulus ad Romanos capite 5. Συνίστησι δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ὁ Θεός, Teſtificatur ſuam ergò nos charitatem Deus. Interpretes tamen vertunt, Commendat. Rurſus 2. ad Corinth. cap. 7. ἐν παντὶ συνεστήσατε ἑαυτοὺς ἁγνοὺς εἶναι ἐν τῷ πράγματι, Planè teſtatum feciſtis vos puros eſſe in hoc negotio: vel approbaſtis vos, &c. Sic Demo. aduerſus Callippum, ... quem oporteat oſtendere & teſtificari eum eſſe cui dari oportet. Iſæus, ... Cicero teſtes conſtituere dixit 2. in Verrem. Συνίστημι, conſtituo, i. conſtruo: vt apud Cæſarem oppidū, & turrim conſtituere legitur. Et apud Cic. 2. Tuſc. corpus bene conſtitutum, i. εὖ μέλη συνεστηκός. Pro quo etiam συνίστασθαι dicitur, id eſt, formare, fingere, cogere, & coagmentare. Plato in Tim. ἐκ γὰρ ἀπάντων

[illegible] ὕδατός τε καὶ ἀέρος καὶ γῆς ξυνέστησεν αὐτὸν ὁ ξυνιστάς, Ex vniuerſo enim igne, itidémque aqua & aëre, & terra, conſtituit & coagmentauit illum huius coagmentationis author cõſtitutórque. Ibidem, ὅθεν ἐκ πυρὸς καὶ γῆς τὸ τοῦ παντὸς ἀρχόμενος συνιστάναι σῶμα ὁ θεὸς ἐποίει, δύο δὲ μόνω ξυνίστασθαι [illegible]; Cicero, Quamobrem mundum efficere moliens Deus terram primùm ignémque iungebat. Ibidem pro conſtituere, i. locare vſurpauit. διὰ δὴ τὸν λογισμὸν τόνδε, νοῦν μὲν ἐν ψυχῇ, ψυχὴν δὲ ἐν σώματι συνιστὰς, τὸ πᾶν ξυνετεκταίνετο: Cicero, Quocirca intelligentiam in animo, animum concluſit in corpore. Lucian. [illegible] συνεστήσαντο, i. ἔφυσαν, formarunt & conſtituerũt, finxerunt. Quæ vox eſt vocis medię. Rurſus Plato in Timæo de creatione loquens, [illegible] ξυνιστὰς [illegible], id eſt, creauit & formauit creator molitórque mũdi Deus. Ariſtotel. Poeticæ, δεῖ δὲ τοὺς μύθους συνιστάναι, καὶ τῇ λέξει συναπεργάζεσθαι, ὅτι μάλιστα πρὸ ὀμμάτων τιθέμενον, Cęterùm conſtituere fabulas oportet, & ita eas elocutiońe conſtruere, vt quàm maximè rem ante oculos ponant. Συνεστάναι, conſiſtere, id eſt, conuenire, concordare, conſentire: cui opponitur Διεστάναι, id eſt diſſentire. Cicero 4. de Finib. Vidéſne igitur Zenonem tuum cum Ariſtone verbis conſiſtere, re diſſidere. Ita de conſenſione, coitione, & coniuratione dicitur. Συνιστάναι pro conflare, communi conſenſu comparare, quaſique vnanimiter moliri. Xenophon ἐν [illegible] libr. 4. Τὰς μεγίστας πόλεις [illegible] πόλεμον πρὸς ἑαυτάς, maximas vrbes coiſſe inter ſe ad bellum. quo modo, coeunt ad bella, dixit Ouid. Iſocrates in Helene, [illegible] οἱ Ἕλληνες τοσοῦτον συνεστήσαντο πόλεμον, tantum bellum conflarunt, & communi conſenſu geſſerunt. Demoſthenes ἐν τῷ [illegible], Καὶ διὰ ταῦτα [illegible] τὸν πόλεμον τοῦτον [illegible]. Quo ſenſu etiam dicitur Paſſiuè. Plutarchus, Ναξίοις δὲ καὶ Μιλησίοις συνέστη πόλεμος διὰ τὴν [illegible], bellum conflatum eſt & ab ipſis pari conſenſu adminiſtratum. Συνεστάναι πόλεμος etiam Paſſiuè dicitur, pro [illegible], bellum exarſit. Demoſthenes, Συνεστάναι πόλεμος [illegible] καὶ Ἀθηναίοις, bellum inter eos exortum eſt. Idem, Συνεστήκει πόλεμος Φωκεῦσι πρὸς Θηβαίους. Nam ἐκκαίειν πόλεμον καὶ συνιστάναι, id eſt bellum accendere, pro eodem poſuit Polybius libro ſecundo hiſtor. Συνίστασθαι vt Συνίσταμαι, coeo, id eſt coniuro, conſpiro: vnde Σύστασις, coitio, coniuratio, conſpiratio. Ariſtotel. Politicor. 5. [illegible] συστάσεις [illegible]. Demoſthenes [illegible], quòd coitionem fecerint. Plutarchus, [illegible]. Quibus [illegible] opponuntur. vnde Συνεστῶτες ſiue συνεστηκότες dicuntur coniurati, coeuntes. Æſchines περὶ [illegible]. σὺ [illegible] συνεστηκότες [illegible], tu & tui in Remp. coniurati. Idem, [illegible]. Συνιστάναι etiam eſt apponere, vt apponere calumniatorem Latini dicunt, vulgò [illegible]. [illegible] συνιστάναι [illegible], id eſt, conſtituto ad cædem, compoſitum ad id gladiatorem apponere. Plutarchus in Gracch. [illegible], id eſt, interfectores conſcriptos & decuriatos appoſuerunt. Nam decuriare eſt homines factioſè cogere, quod & συνιστάναι dicitur: & συστάται, decuriati, [illegible]. Cicero dixit pro Seſt o, Homines vicatim conſcribere & decuriare. Et ad Quintum fratrem, Senatuſconſulto factum eſt, vt ſodalitates decuriatique diſcederent. vide Συστροφή, & Ἐπισύστασις. Συνίστημι, contraho, cogo, συνάγω. In quo [illegible], id eſt tranſitiuè ſumitur pro coire facio: quo ſolo ſignificatu complectitur omnia quæ ſubiiciam, commodè tamen expoſita: vt cùm dico, συνιστάναι τὸ πρόσωπον, id eſt, frontem contrahere, corrugare atque obducere. Plutarchus in Sympoſio, [illegible] συνεστὼς τὸ πρόσωπον, [illegible]. vnde συνεστώς, triſtis, ſollicitus, contracta, & corrugata fronte: cui opponitur [illegible]. Baſil. Iſocrates ad Philippum [illegible] περὶ Κνίδον, claſſe coacta ad Cnidum. Sic συστῆσαι στρατιὰν dicitur, cogere & comparare exercitum. Ariſtoteles primo de Generatione, [illegible], vbi συνίστημι, id eſt coire facio & concreſcere, [illegible]: vt συνίσταμαι, id eſt, cõcreſco, coeo. Plinius, Spiſſantur hęc vtraque, & in denſitatem coeunt, id eſt συνίσταται. Συνίστημι inde, ſignificat coitionis ſeditioniſue & factionis ſum author. Pauſanias, [illegible] Αἰγυπτίων ἄνδρας ἐπὶ τὸν βασιλέα συστήσαι, quòd contra regem Ægypti homines ad defectionem & res nouas ſolicitaſſet. Vide Συνίσταμαι, & Σύστασις.

Συνιστορῶ, conſcius ſum, συνείδω.

Συνίστωρ, ορος, ὁ, cognitor, teſtis, conſcius, γνώστης, μάρτυς, συνίστωρ, συνειδότης, Heſyc. pro conſcio, in No. 142.

Συνισχυρίζω, & Συνισχύω, corroboro, confirmo, ſuppetias ferendo roboro.

Συνίσχω, cohibeo, contineo.

Συνιών, conueniens, commeans, confluens, qui ſe contrahit, συνιόντος ὄχλου, concurrente turba, conueniente, c. 8 Euang. Lucæ. συνιόντες, concurrentes. [illegible], Interp. Homer. συνιόντες μάχονται, pugnam inter ſe conſerunt. [illegible] χρήματα, i. prouētus pecuniæ.

Σύνναος, qui in eodem colitur fano Plut. συμποσ. lib. 1. quæſt. 4. [illegible] σύνναος ὁ [illegible].

Σύνναος, Heſyc. σύνοικος.

Συνναίω, vnà habito. Apollonius ſecundo. Argonaut. [illegible].

Συνναυμαχέω, ῶ, vnà nauali prælio decerto, naualis belli ſeu certaminis ſum ſocius.

Συνναύτης, nauigationis ſocius, Soph. & Euripid.

Συννεάζω, vna cum aliquo iuuentutem tranſigo vel adoleſcentiã, Alex. [illegible].

Συννέμομαι, compaſcor Varroni. Ariſtot. in 6. de hiſt. Anim. [illegible] συννέμονται ταῖς θηλείαις [illegible].

Σύννευρωσις, apud Galen. neruorum vinculo σύμφυσις καὶ ἕνωσις, i. vnitas.

Συννεύω, contrahor & in me vergo. Alexand. in Probl. κατ' ὀλίγον συννεύει πρὸς τὸ βάθος. Item deorſum aſpicio, demitto, deorſum verto. Luc. & Alex. Aphrod. exponitur etiam reſpicio. In Epigr. [illegible]. Item deſcendo. Alex. Aphrod. κατ' ὀλίγον συννεύει εἰς βάθος. paulatim in anteriorem partem deſcendit. Item conſentio, conſpiro apud Areop. & Plut.

Συννέφεια, ας, ἡ, nubium congregatio ſeu collectio in vnum Ariſt. Probl. 38. ſect. 26.

Σύννευσις, εως, ἡ, ὁμόνοια, conſenſus. Nazanz.

Συννεφέω, nubes congregare & cogere. Ariſtoph. Geneſ. 9. καὶ ἔσται ἐν τῷ συννεφεῖν με νεφέλας ἐπὶ τὴν γῆν, cùm ſuper terram nubes congregauero: cùm obduxero cælum nubibus. accipitur etiã neutraliter pro coactis nubibus obſcuror, obnubilor, Ariſtot. Rhetor. 2. εἰ συννεφεῖ, εἰκὸς ὕσαι ſi nubes coguntur veriſimile eſt conſecuturam pluuiam. Item obfuſcor caligine. Plutarchus. Dicitur etiam apud Eurip. in Electra, συννεφοῦν ὄμματα, de vultus mœſtitia atque triſtitia, quæ nubes etiam à Latinis, & à Græcis dicitur νεφέλη καὶ νέφος, vt dictum.

Συννεφής, nubiloſus, nube obductus, obſcurus. Deuterono. 33. συννεφὴς [illegible]. Συννεφὴς tranſlatè pro eo qui ſupercilij contractione ac nube triſtitiam præ ſe fert. Nam, vt dictum, Νέφος ſic vſurpatur: & Νεφέλη. Sophocles in Antigone, Νεφέλη δ' ὀφρύων ὕπερ αἱματόεν ῥέθος αἰσχύνει [illegible]. Cicer. in Orator. in Piſon. frontis nubeculam dixit. vide Νέφος.

Συννοέω, vide Συννοῶ.

Συννέω, & συννηέω, congero, extruo. Herodot. libro 1. [illegible] συννήσας πυρὴν μεγάλην ἀνεβίβασε ἐπ' αὐτὴν τὸν Κροῖσον, pyra extructa. & paſſiuum apud eundem Herod. [illegible], in aceruum congeſti ſunt Ionicè pro συννένηνται.

Σύννις ὁ πιτυοκάμπτης, Synnis Pithyocamptes, propriũ prædonis, quem in Iſthmo Theſeus peremit, Plut. in Theſeo. apud Suid. ſcribitur Σίνις. vnico ν, Genitiuus eſt [illegible].

Συννοέω, cogito, intelligo, quaſi mecum ipſe intelligo, mecum reputo, mente reuoluo, animaduerto, apud me æſtimo & perpendo: triſtis & cogitabundus ſum. συννοῆσαι, intellexiſſe. συννοῶν, cogitans, conſiderans, videns, cognoſcens, Plato de Leg. Plutarch. [illegible], te apud ſe æſtimata & perpenſa. Apud Platon. [illegible]. Συννοεῖν pro intelligere ſic accipitur vt συνιέναι. Plato Epinom. de planetis loquens, [illegible] συννοεῖ. Dicitur etiam voce paſſiua Συννοοῦμαι pro συννοῶ. Idem in ſecundo Alcibiadis, [illegible] συννενοημένῳ.

Σύννοια, ας, ἡ, cogitatio, mœſtitia, propriè cogitatio intus cõdita, intentio. [illegible], mẽtis compos factus ſum, Bud. in Epiſt. prior. [illegible] σύννοιαν ἔχω, mecum conſidero. Lucian. [illegible].

Συννομοθετέω, ῶ, vnà leges fero, ſocius ſum in ferendis legibus. Demoſthen.

Σύννομος, qui in agro compaſcuo iiſdem pabulis vtitur, qui communibus paſcuis vtitur, ſocius paſtionis ſiue paſtus, i. [illegible]: Et tranſlatè ad omnem conſociationem, conſuetudinẽ, familiaritatem ſiue contuberniorum extenditur: Vnde [illegible] ſumitur, [illegible], familiaris & conſors, contubernalis. Apud Ariſtoph. in Auibus. [illegible], i. [illegible]. Plutar. in Lycurg. σύννομοι [illegible], filij vnà educati, ſocij & contubernales. In Epigr. σύννομος [illegible]. Eurip. Σύννομοι θαλάσσας [illegible], i. maris conſortes. Apud Hippocr. σύννομα, exponit Galenus τὰ συνόντα. Plato in Timæo, [illegible],

βίον διδόμενα ἔχει, i. ſocium aſtrum conuenientémque naturā nobiſcum ſortitum. Quod Cicero ſic trāſtulit: Atque ille qui rectè & honeſtè curriculum viuendi à natura datum confecerit, ad illud aſtrum quo cum aptum fuerit, reuertetur, id eſt ſυνηρμοσμένον. Itaque hoc loco fit compoſitio à νόμος Muſicorum, de qua voce ſupra dictum eſt.

Σύννους, qui ſecum eſt, qui eſt apud ſe, cuius animus non vagatur, qui ſecum ipſe res æſtimat; cogitabundus, ad ſe rediens, mentis compos. Gregorius, ... σύννους ... Iſocrat. ... σύννουν, ... fac aſſueſcas nō triſtis eſſe, ſed cogitabundus: per illud enim ferox, per hoc prouidus videberis. ... σύννους, pro ſcurra conſtans ſeu grauis. σύννουν τὸ βλέμμα, grauis intuitus, cogitabundúſque, Gaza.

Συνοδεύω, μ. εύσω, vnà iter aggedior, concurro. συνοδεύω σοι, ſum tibi comes itineris, tecum iter facio. Actorum cap. 9. Οἱ συνοδεύοντες αὐτῷ.

Συνοδία, ας, ἡ, comitatus, colloquium, congreſſus: ... inquit Suid. vnde ſententia illa, ... Lucæ capite 2. νομίσαντες αὐτὸν ἐν τῇ συνοδίᾳ εἶναι, in comitatu.

Συνοδικὴ σελήνη, Luna coiens: ſic vocatur quando in eodem ſigno eandem cum Sole plagam obtinet. vide Μηνοειδής, & Σελήνη.

Σύνοδον, nouilunium, quod & σύνοδος Aſtrologis. vide Σελήνη.

Συνοδοιπόρος, ου, ὁ, comes.

Συνοδῖται, comites viæ. Synoditæ libr. 6. Cod. de Epiſc. id eſt monachi.

Συνοδοντίς, piſcis, maior Pelamis. Athen. libr. ... συνοδοντὶς ...

Σύνοδος, ου, ὁ ἢ ἡ, congreſſus vel congreſſio, concilium, comitia, coitio, ... congreſſus mulierum Plin. id eſt, ... cœtus, conuentus. Conuenticulum dixit Lactant. Inſtit. lib. 5. cap. 11. ſed de loco Thucyd. ξυνόδου γενομένης, habito concilio, Vnde ... ſυνόδῳ, id eſt concorditer, vno cōſenſu. ... Idem Thucyd. libro octauo, ... ξυνόδου ... cum de concilio placuiſſet nauali prælio decernere. Idem dixit ἐκ τῆς ξυνόδου, per congreſſus ſeu conuentus. Nazianzen. in Orat. ... id eſt, horum coniunctione. Σύνοδος, congreſſus, i. conflictus, ... Thucydides libro 5. καὶ μετὰ ταῦτα ἡ ξύνοδος ἦν, poſt hæc præliū committitur: Sic ſumitur apud Demoſthenem in verſu Solonis, ἐν συνόδοις τοῖς ἀδίκων. Σύνοδος, congreſſus conuentúſque epulandi cauſa. Apud Laert. in Epicuri teſtamento, ... Ex quo Cicero dixit 2. de Finibus, Itémque omnibus menſibus viceſimo die Lunæ dent ad eorum epulas qui vna ſecum philoſophati ſunt, vt & ſui & Metrodori memoria colatur. Σύνοδος, interlunium id eſt, coitus Lunę Plinio. Plutarchus in Romulo, σύνοδος ἐκλειπτικὴ σελήνης πρὸς ἥλιον, Luna in coitu & congreſſu cū Sole, deficiens. Ariſtotel. de Generat. lib. 2. ξυνόδοι ... interlunia. Syneſ. in Epiſt. ... Hoc etiam dicitur, σύνοδος: vnde συνοδικὴ σελήνη, dicitur Luna ſynodica, i. menſtrua. vide Σελήνη.

Συνοδός, ου, Adiect. comes itineris, συνοδίτης, in Epigr. Heſych. συνοδοιπόρος.

Συνόδους, οντος, cui dentes continui. &

Συνόδοντες vel ... ſynodontes, piſces quos ... Epicharmus dixit apud Athen. lib. ζ. de his Ariſtot. lib. 8. Anim. Plin. lib. 37. cap. 10.

Συνόζω, vnà redoleo.

Σύνοιδα. Præterit. med. eſt ex εἴδω τὸ γινώσκω, & ſignificat idē quod Latinis conſcius ſum: conſtruitúrque aliquando cum Datiuo, vt ... ſicut Quintil. 3. Sed non ſuſtineo eſſe conſcius mihi diſſimulanti. Σύνοιδα cum Accuſ. vt σύνοιδα ἐμαυτῷ ... Xenophon, ... dicam ea quorum ei ſum conſcius, i. quæ de eo noui. id eſt, quæ cum dixiſſe ſcio. Plato de Rep. lib. 1. τῷ δὲ μηδὲν ἑαυτῷ ἄδικον ξυνειδότι, ἡδεῖα ἐλπὶς ἀεὶ πάρεστι, ei qui nullius ſibi culpæ conſcius eſt, iucunda ſpes adeſt. Xenoph. in Apolog. Socr. ... neceſſe eſt eos multa ſibi impietatis conſcios eſſe. Σύνοιδα per rectum, vt ... Plato in Apolog. ... Iſocrates ad Philip. ... Σύνοιδα pro οἶδα καὶ γινώσκω, i. noui. Idem de Pace. ...

Συνοιδέω, ῶ, vnà intumeſco Philo de vita Moſis.

φρύγανον, ου, τό, virgultum, vt θάμνος à ſtipitum frequentia, dicitur frutex. In plantarum genere quatuor ſunt differentiæ, arbor, frutex, virgultum (quod Gaza ſuffruticẽ vertit) & herba. Virgultum eſt, vt rubus, paliurus. Virgulta, ῥῶπες, καὶ ὕλη dicuntur ab Homero. Vocatur φρύγανον ἀπὸ τοῦ φρύγειν & φρύττειν. Nam hac voce omnia ſarmentoſa ligna arida ignisque fomenta ſiue ad cremandum facilia continentur: ob id & φρυγανά vocat alio nomine ἄφαυα Conſtantinus in Geoponicis, id eſt, Columellæ & Plin. cremia, quæ ſunt ὑπόκαυμα, κάρφη, omniſque lignoſa & ſurculoſa materia qua fornax incenditur, torretur aliquid atque frigitur, vnde conſtat etymologiæ ratio. Theo-

phraſtus hiſtor. plantar. libro 1. capite quinto. Πολλὰ δὲ καὶ μίγματα, καὶ γένη τῷ ἐν τούτῳ τὰ πολλὰ κείται, ... ἔτι δὲ φρυγανικὰ, οἷον μελία, θύμος, πήγανον, ἰβίσκος, καὶ πολλὰ ἄλλα, ἃ δὲ ἄλλα καὶ πολλά. Inter φρύγανα numeratur & capparis ab ipſo, libro eodem, capite 6. vt lupinos inter πόας, quem tamen fruticis nomine vocauit Columella. Apud Dionyſ. Halicarn. hiſtor. libro 10. σφάκελοι φρυγάνων, & lib. 7. σφάκελοι φρυγάνων, id eſt, cremiorum virgultorúmque faſciculi, quod πλῆθος φρυγάνων dixit Lucas in Actis Apoſt. cap. 28. Ariſtophan. in Auibus, κάρφη, καὶ τὰ τοιαῦτα φρύγανα: quæ vt vult Commentator, ponuntur ἐν ἐσχαρίδι. Idem Comicus, φρυγάνοις χλωροῖς οἱ πυρσεύοντες.

φρυγανοφόρος, qui fert virgulta, ſarmenta ferens, Lyſias.

φρυγανώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, ſurculaceus, fruticoſus, ſuffruticeus, aridus. φρυγανῶδες δένδρον, frutex ſurculoſus, Dioſc. lib. 3. c. 108. τὰ φρυγανώδη, virgulta. vide φρύγανον.

φρυκτὸς, toſtus, Dioſcor. lib. 4. cap. 52. φρυκτὸν, toſta, Hermol. frixa, Marcel. areſacta, Ruel. lib. 1. Dioſc. cap. 140.

φρύγετρον, τὸ, apud Pollucem libro primo, & φρύγετρον libro ſexto, ſartago fictilis in qua farra torrebant, farreum fortaſſe à Plin. dictum, libro 18. capite tertio. Nouæ nuptæ (inquit) farreum præferebant: quod ita Polluce videatur efferri, ὅταν δὲ τὰς νυμφὰς ἄγωσιν ὅτι τὸ χύτραν ἐκέλευον φρύγετρον φέρειν σημεῖον. Heſychio. φρύγετρον eſt ξυλίφιον ἐν ᾧ φρύγουσι τὰς κριθάς. Dicitur etiam.

φρυγεὺς, idem quod φρύγετρον, καὶ ἄγγεῖον, ὅπου ἐπιφρύγουσι, dicitur & φρυγεύς. Et qui frigit torrétque φρυγεὺς etiam vocatur. ὁ φρύγων, Pollux. vide Κοδομὴ καὶ κοδομεῖν.

φρυγία, μ. ὄνο. ῥ. αχα, ſicco, areo. Neutr.

φρυγίνδα, ας, ἡ, ludi genus quod fabis fiebat. vide Polluc. lib. 9. Heſyc. παιδιᾶς εἶδος διὰ κυάμων.

φρύγιον, ον, τὸ, cremium, id eſt lignum aridum, & cantilena incitans ad arma, Heſyc. ξύλον ξηρόν.

φρύγιος, ὁ, ſiccus, aridus. Pro flore quodam æſtiuo, Theophraſt. lib. 6. hiſt. plant.

φρυγμὸς, ὁ, ſiccitas, καῦσις, Heſych.

φρύγομαι, torreſio, Gaza lib. 7. hiſt. plant. Theophr. ἐφρύγη δίψει ..., in Epig. πεφρυγμένος, toſtus. πεφρυγμένας κριθὰς, hordeum prætorridum, Thucyd.

φρύγω, μ. ξω, torreo, ſicco, frigo: vnde καταφρύγω, cremiis incendo. Ariſtoph. in Concion. Καθημένας φρύγουσιν ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ. Dicitur etiam φρύσσω.

φρυκτὸς, οῦ, ὁ, fax è tæda vel è panicula typhæ: ἐκ τῆς τύφης αἰθάλου λαμπάς. facibus ſigna dantur è ſpeculis. Suntque φρυκτοὶ φίλιοι, καὶ πολέμιοι, Ariſtid. Thucydid. lib. 2. vbi Salaminij à Peloponneſiis oppreſſi procul Athenienſes ſublatis facibus monent, hoſtes aduentare, Ἐς δὲ τὰς Ἀθήνας φρυκτοί τε ᾔροντο πολέμιοι φρυκτοὶ, inquit Comment. λαμπάδες πυρὸς ἀπὸ ξύλων ἤγειρον, ... ἀνατιθέντες ... ὁ φρυκτὸς ... εἰ δὲ πολέμιοι ... τὸ ἀναγκαῖον ... ὡς καὶ ἐπὶ φίλιοι ... φρυκτοὶ ... Vnde φρυκτωρεῖν. Idē Interpres in libro 3. Οἱ φίλιοι ... Vnde φρυκτοὶ, iudiciarij calculi iudicium ſuffragia Pollux libro 8. φρυκτοὶ δὲ ἐκαλοῦντο αἱ ψῆφοι αἱ δικαστικαί. ... Suid. φρυκτὸς, ὁ κύαμος, i. faba: ... κυάμοις ἐψήφιζον οἱ τῶν Ἀθηναίων δικασταί. Vnde διαφρυκτοῦν, id eſt, διαψηφίζειν, ferre ſuffragia, καὶ διακληροῦν, ſortiri.

φρυκτὸς, frixus, toſtus, ὀπτός, Ariſtophan. φρυκτὴ ῥητίνη, reſina frixa, diuerſa à colophonia, quanquam eadem à quibuſdam credita.

φρυκτὸς, faba: inde pro ſuffragio. Item vates, conſultor.

φρυκτωρέω, ſplēdeo, luceo, cuſtodiam nocturnam ago apud ignē, è ſpecula ignicu lum prænuntium excito, & igne ſublato aduentum denuntio, διαπυρσεύω, πυρσεύω, facibus eleuatis ſignū do, τοῖς φρυκτοῖς σημαίνω. Virgil. Æneid. 2. Et iam Argiua phalanx inſtructis nauibus ibat A Tenedo tacitæ per amica ſilentia lunæ, Littora nota petens, flammas cum regia puppis Extulerat: quod eſt φρυκτωρεῖν, vt Παρφρυκτωρεῖν, per faces atque flammam hoſtibus ſignum dare. Lyſias, ... φρυκτωρεῖν ... vide φρυκτός. Et φρυκτωρεῖσθαι, facibus indicari atque denunciari, τοῖς φρυκτοῖς σημαίνεσθαι. Thucydid. Καὶ ἀπὸ ... τοῖς Πελοποννησίοις φρυκτωρίαι ... Ἀθηναίοις ... Ἀθηναίων ... φρυκτωρεῖν etiam pro πυρσεύειν, φαίνειν, luceo, prælucceo, hoc eſt, facem præfero. ... φρυκτωρεῖ τῇ οἰκουμένῃ καὶ πᾶσιν ὄψεσι, Nazanzen. in Orat. Sol toti orbi ac oculis omnibus lucem impartit. Idem in Oratione de ſancto Paſchat. ὅσον οὐρανὸς αὐτῷ φρυκτωρεῖ, quantum cælum velut facibus ex alto illuminat, id eſt, φωτίζει. vide φρυκτὸς & φρυκτωρία.

φρυκτωρία, ας, ἡ, πυρσεία, accenſio facium, facibus eleuatis ſignificatio. Ariſtot. de mundo, ... ἐκ τῆς φρυκτωρίας ... quæ erat de ſcriptæ collocationis ratio, & præſertim ignium mutatis ſubinde vicibus lucentium à finibus imperij ad vſque Suſa. Greg. de Baptiſm. Οἷον ... φρυκτωρία κόσμον ὅλον αὐγάζουσα, Solis ſplendorem luménque. Nam φρυκτωρία, cuſtodia excubiǽque ad ſignum dandum per faces, è ſpeculis atque editiore loco. Ariſtoph. in Auib. ... φυλακὴ ... φρυκτωρίαι ... vide φρυκτωρός. φρυκτωρῶν ὁ τόπος, Ariſtot. lib. de mūdo, i. ſpecularū excubitores.

φρυκτώριον, eſt huiuſmodi ſpecula, vel φρυκτὸς λυχνοφαής, nauigantium directrix & hoſpitalis, vt pharus Alexandrina. Herodianus. ... τὸ σχῆμα ... τοῖς λιμέσι ... ἀσφαλεῖς ... ἀπὸ ... χαλκοῦ.

φρυκτωρὸς, cuſtos ſpecularius: excubitores in ſpeculis, ... φρυκτοὺς ... τὰς λαμπάδας ... qui ignes edere prenūtios & tollere è ſpeculis ſoliti ſunt. φρυκτωροὶ ..., ſpeculatores pro ligno ignes efferebant, Thucyd.

φρυκτωρία. vide φρυκτωρία.

φρυνεὺς, καὶ φρυνη, ης, καὶ φρύνος, ὁ, Ariſtot. 2. Anim. &

φρῦνος, ὁ, rubeta, rana venenoſa, in ſicco ſemper rubens: à rubis: in quibus plerumque victitat, φρύνου πόσις, hauſtum rubetæ venenum, Dioſcor. lib. 2. cap. 100. & lib. 3. cap. 169. ... φρύνου ... &c. à rana rubeta demorſis, &c. Idem Dioſc. lib. 3. c. 149. Lege Comm. Nicandri in Alexiph. vbi, ... ἐν φρύνου ... φρύνοι καὶ φρυνάδες, i. rubetæ, & bufones. vide φρυνος.

φρύνιον, ου, idem quod φρυνὶ. Item phrynium, genus fruticis, à rubetis quas φρύνους vocant, quòd aduerſus eas ſit auxilio. dicitur & ποτήριον. vide apud Marcel. lib. 3. Dioſc.

φρυνίχειον, τὸ, ſignum erat ſaltationis, ad quod ſaltatorem crura in aërem eiaculari oportebat. Ariſtophanes in Veſpis, ... φρυνίχειον ... Commentar. ... τὸ σκέλος ... ἐν τῇ ὀρχήσει ...

φρυνοειδὴς, faciem rubetæ repræſentans.

φρυνολόγος ἱέραξ, rubetarius accipiter, Ariſtot. libro quinto, & 9. Animalium.

φρύσσω, torreo, torrefacio, ſicco, frigo. Alexand. Aprod. lib. 1. Problem. ... φρύσσεσθαι, id eſt, concremari, Politian.

φρὺ, καὶ φυῶ, μ. φυήσω, τὸ φύειν, ... per ſyncop. φρῦ, & mutatione υ in ρ ... vnde φρουὰ, καὶ φρίξ, vt ... .

φρυγή Atticè, pro φυγή, Suid.

φῦ, adhæſit, & attigit. vt illud Odyſſ. ... ἐν δ' ἄρα οἱ φῦ χειρί, hoc eſt, tetigit ſeu apprehendit illum manu, aut amplexus: à verbo φύω per abiectionem incrementi.

φυγαδὲ, ad fugam. εἰς φυγὴν, fugiendo fuga: ſicut οἴκαδε, & id genus. Apollon. 2. φυγαδ' ... ὁρμηθέντες.

φυγαδεία, fuga, exilium, ὑπερορία, φυγή, Suid.

φυγαδεύομαι, exulo, exul ſum, fugio.

φυγαδευτήριον, refugium, effugium.

φυγαδεύω, μ. εύσω, fugo, in exilium ago, in exilium mitto, & relego, in exilium pello. φυγαδεῦσαι τοὺς ..., in exilium mittere, tam de accuſatore, quàm de iudicibus Demoſt. dixit. Action. Accuſ.

φυγαδικὸς, ἡ, ὸν, exulatorius. ... φυγαδικοὺς, vagos & exules, profugos, Iſocrat. in Euagora. ... φυγαδικὴν ... ad emerendum exilio fauorem.

φυγαδικῶς, quaſi exulatoriè, vt apud Plutarc. in Timoleone, φυγαδικῶς ζῆν, exulis more viuere.

φυγὰς, άδος, ὁ, exul, ἐξόριος, profugus, fugitiuus, deſertor cum Genit. φυγὰς ἀνθρώπων, fugiens hómines ſeu hominum, Nonnus. φυγὰς τῆς ἑαυτοῦ, ſua patria extorris, Thucyd. φυγὰς γίνομαι ἀπό ..., hoc fugio, Plato de Leg. φυγάδα ποιῶ, exilio mulcto, Demoſth.

φυγγάνω, ας, ἀνῶ, fugio: Sophocl. ... ἦ ... φυγγάνει, hæc me nō fugiunt ſibi τὸ λανθάνειν ſignificat. vnde καταφυγγάνω.

φύγεθλον, vel φύγεθλος, tumor latus quidem, ſed non altus, in quo quiddam puſtulæ ſimile eſt. Dolor diſtentioque vehemens eſt, & maior quàm pro magnitudine tumoris. panus vertitur à Scribonio Largo, paniculas φύγεθλα dixit Marcellus Empiricus. Celſus libro 5. aduerſus panum tum primùm orientem quod φύγεθλον Græci vocant. φύγεθλα ..., Dioſcor. lib. 4. capite 94. furunculi & abſceſſus, Marcel. panos & ſuppurationes, Ruell. φυγέθλων διαφορητικὸν, diſcutiens panos ſic Interpretes Dioſcorid. libro 7. cap. 98. vide Galen. ad Glaucon. & in dictione φῦμα.

φυγελίτης οἶνος, phygelites vinum, quod ad Epheſum naſcitur, Dioſc.

Dioſc lib.5.cap.12.

Φυγαργὸς, ὁ, ἡ, ſocors,iners.

Φυγὴ, ῆς, ἡ, fuga, φύλαξις, cautio vitatióque(quæ & fuga Latinè,vt apud Liu.fuga vulnerum & mortis)accuſatio,δίωξις. φυγὴ ἐγένετο τῶν πάντων, ab omnibus fuga facta eſt,Thucydid. φυγὴ μίνωος, interpres Ariſtophanis.ἐκτρεπόμενος φυγὴν μίνωος, diuerto Minoem fugiens. Baſilius in Epiſt.ad Gregor. Nazanz. τούτων δὲ φυγὴ μία, ὁ χωρισμὸς ἀπὸ τοῦ κόσμου,i.his vero vitandi vna demū cautio eſt.ſeceſſus ab omni mundo. φυγὴ ἀγαθῶν ἡ λύπη, dolor bonorum fuga ac impedimentum,Plato in Timæo. φυγὴν ἐργάζεται τῶν πραγμάτων, à negotiis auertit Aphthon.

Φυγὴν ποιεῖσθαι,fugere,fugam facere,Liu. φεύγειν. Thucyd.lib.3. ἔπλει τῷ τάχει καὶ φυγὴν ἐποιεῖτο, Nauigauit celeriter & fugam fecit. Φυγὴν ποιεῖν τοὺς πολεμίους,cogere hoſtes fugam facere, Xenop. ἐς φυγὴν κατέστη,in fugam verſus eſt,Thucyd. ἐς φυγὴν κατέστησαν,ſe in fugam dederunt,in fugam verterunt,Idem. ἐς φυγὴν ὁρμῶμαι,fugam facio. ἐς φυγὴν ὥρμησαν, in fugam ſe proripuerunt,fugæ ſe mandarunt, Herodot. φυγῇ ὥρμησαν ἐς τὴν θάλασσαν,fugam ad mare capeſſunt,Thucyd. Φυγὴ,(vnde ἀειφυγία, fuga,id eſt,exilium. Comment. Ariſtoph.in Veſpis, Διαφέρει γὰρ φυγὴ ὀστρακισμοῦ. καθὸ τοὺς μὲν φεύγοντας ἡ οὐσία δημεύεται, τῶν δὲ ὀστρακισμένων μεταστάντων οὐκ ἦν κύριος ὁ δῆμος. καὶ τοῖς μὲν ὁ τόπος ἀπεδέδοτο καὶ χρόνος. τοῖς δὲ οὐδέτερον τούτων Eurip.in Theſ. φυγὰς τ᾽ ἰδοῦσα σὰς πανδύρομαι τόπους ἐμούς: Cicero Tuſcul.3.aut mortem acerbam, aut exilij mœſtam fugam. Idem 3.de Orat. fugam dixit pro exilio, Græcorum more.

Φυγόδεμνος, ὁ καὶ ἡ, virgo cœlibatus amans, coniugium abhorrens, fugiens thorum & ſtratum. Epitheton virginis Mariæ apud Nonn.

Φυγοδικεῖν,vadimonium deſerere,ambagibus & ſtrophis tergiuerſationum atque detrectationem vtens: opponitur εὐθυδικεῖν. Demoſth. ἐπειδὴ ἐκ ἀντιλέγειν οὐκ εἶχε, ἐφυγοδίκει. vide Στροφοδικεῖν.

Φυγομαχεῖν,μάχην φεύγειν detrecto pugnam,fugio pugnam, diſtraho,Neut.abſo lut.Appian.in Iberica.

Φυγοπονία, ας, ἡ,laboris detrectatio & ſubterfugium,Polyb. φυγοπονία καὶ μαλακία τῶν Κελτῶν.

Φυγόπονοι, οἱ,qui fugiunt labores.

Φυγοπτόλεμος,timidus,belli fugiens & detrectator. Od. ξ, ἐκ ἀποφώλιος ἦεν, οὐδὲ φυγοπτόλεμος.

Φύζα, ης, ἡ, fuga,timor,imbecillitas, ἡ μετὰ δέους φυγὴ, fugiendi cupiditas. Odyſſ. ξ. φύζαν ἐμοῖς ἑτάροισι κακὴν βάλε. Et Iliad. ι, αὐτὰρ Ἀχαιοὺς θεσπεσίη ἔχε φύζα, φόβου κρυόεντος ἑταίρη.

Φυζακινός, οῦ,timidus,fugax,fugitiuus.

Φυζαλέος,fugax,timidus, ὁ δειλὸς,Suid.

Φυζῶσαι. Heſ expon. φυγεῖν,i.fugare item δειλιᾶσαι.

Φύζω pro φύγω vel φυζῶ. vnde deducuntur illud πεφυζότες,quod apud Homer.reperitur.

Φυὴ, ῆς, ἡ,indoles,ingenium,natura, φύσις,ſtatura,ſtatus, βλάστησις, αὔξησις ἡλικίας,Suid. Eſt & ἐπίφυσις corporis, καὶ ἐκφυμα τοῦ σώματος, ἡλικία,μέγεθος,βλάστη, τέρψις. mores Iliad.γ, ἀμφοτέρων δὲ φυὴν εἴδων καὶ εἶδος παντοῖα. Et Iliad.α, οὐ δέμας, οὐδὲ φυήν,i. οὐδὲ τὴν τοῦ σώματος διάφυσιν καὶ ἀρετήν.

Φύη, ης, ἡ, μεγάλη γυνὴ,ingens mulier. Hermog. de Inuent. ἡ φύη τὸ κατὰ Πλάτωνα τοῦ Πεισιστράτου, ἐγένετο δημοσίων ἀθηναΐων. vbi Interp. Πεισίστρατος διελθὼν περὶ τῶν ἀθηναίων, ἄγει γυναῖκα μεγάλην, ἣν καὶ ἀναβιβάσας εἰς ἵππον, ὥσπερ εἰς Ἀθηνᾶν λέγων, ὡς ἡ Ἀθηνᾶ δεῖ καὶ κομίζει με αὐτὸς εἰς Ἀθήνας.

Φύκασμα, ατος, τὸ,ſterquilinium, κόπρος,Heſyc.

Φύκη,fucus.

Φυκὴς, ὁ,vide Φυκίς.

Φυκίδιον, ου, τὸ piſciculus quidam. Gaza in Ariſtot. vertit fucam paruam. φυκίον. φυκίδες μικραὶ,fucæ puſillæ,piſces.

Φυκιόεις, όεντος, ὁ,ſpumoſus tempeſtate maris,profundus.

Φυκίον, ου, τὸ,vide Φῦκος.

Φυκιοφάγος,cui alga in cibo eſt.vide Φυκοφάγος.

Φυκιόω, ῶ,ώσω,ώκα,fuco. Actiu. Accuſ. Plut.in Connub. φυκιοῦσθαι τὸ πρόσωπον dixit,vide Φῦκος.

Φυκὶς, ἡ Etym.fuca vel phuca piſcis,vt Gaza vertit in Ariſtot.lib. 8. Anim. Athen.lib.7, ὁ φυκὴς, ἡ ἡ φυκὶς, ἐμπαλίνῳ τῷ ἰχθύδιον ἔστιν, ἀβρωμα καὶ ἀποθυτικὰ ῥά. Dicuntur παρὰ τὰ φῦκος.

Φυκιώδης,algarum copia ſcatens,algoſus Plin.

Φῦκος, εος, τὸ, vel φῦκος,alga, τὸ ἐκ θαλάσσης χορτῶδες ἀποβαλλόμενον καὶ ἐκβρασμα, marina herba atque eiectamentum quod maris æſtu in litus effunditur: vnde ἀποβράζειν vulgò vocamus in Northmanico Oceano vrac vel vrag. Eſt autem maris alga, vt etiam dixit Seruius,quod vlua paludi.Homerus Iliad ι. ἀμυδις δέ τε κῦμα κελαινὸν κορθύεται, πολλὸν δὲ παρὲξ ἅλα φῦκος ἔχευεν. Vt & Virgil. Litoreique alga refunditur alga. Alga ſtercorant agros, idque pro lætamine eſt. Eius multa genera de quibus fuſè annotaui in Commentar. Amati Luſit.in Dioſcoridem, cui libro quarto,capite 100. φῦκος θαλάσσιον,aliud eſt πλατύ,aliud ὑπομήκες καὶ φοινικοῦν,aliud album quod naſcitur in Creta. noſtra alga partim viridis eſt,longa tæniæ inſtar, ſtricta:partim ruſſa criſpo latioréque folio. De rubra(cuius erat vſus in tingendis lanis vice purpuræ) Theophraſtus hiſtor. plantar. libro quarto,capite ſeptimo,vbi: Τὸ δὲ πόντιον φῦκος. ὃ οἱ σπογγεῖς ἀνακολυμβῶσιν πλάτος καὶ ἐν κρήτῃ δὲ φύεται πρὸς τῇ γῇ ἐπὶ τῶν πετρῶν πλεῖστον καὶ κάλλιστον, ᾧ βάπτουσιν οὐ μόνον τὰς ταινίας, ἀλλὰ καὶ ἔρια καὶ ἱμάτια, &c. Confer Plinium libro 13. capite 25. & libro 32. capite 6. Dicitur etiam ὑπομήκες φῦκος, quaſi algula, id eſt, parua alga graminis folio, viridi cùm recens extractum. Plato Politicor. libro decimo, Ἀλλὰ δὲ συμπεφυκότα ὄστρειά τε καὶ φυκία πέτρας. Apud Ariſtotelem hiſtor. animal. capite 19. libro quinto, vbi de tipulis quæ ἀσκαρίδες, φύεται ἐξ αὐτῆς, ὥσπερ τὰ φυκία (lego σφονδύλια) μικρὰ,&c. Φῦκος,radicula qua ſe fucant mulieres: vnde fucus Latinè. Hoc nihil aliud eſt quàm genus algæ frutéxque potius quàm herba, phycos rubens Plinij, & Theophraſti illud φῦκος quo infectores vtuntur,& quo vt anchuſa, mulieres exalbidæ genarum colorem purpureum roſeúmque ementiuntur. φοινικοῦν φῦκος Nicander appellauit. Pollux libro quinto, de mulierum fucis, ἔστι δὲ αἱ τοῖς κόσμοις προσῆκει, καὶ τὸ ἔντριμμα, ψιμμύθιον, ἔγχουσα (id eſt, ἄγχουσα) φῦκος Ibidem, φυκίοις πυρρόφρων, ψιμμυθίῳ λευκὴν, id eſt, phyco faciem igneo colore puniceóque fucat, ceruſa albedinem accerſit. Et ὑπομήκες dixit Lucian. de compon. hiſtor. φύκιον καὶ ψιμμύθιον. Nec obſtat Dioſcoridis hoc loco ſententia ita ſcribentis, περὶ φύκου, Νίκανδρος δὲ φησι καὶ θηριακὴν εἶναι τὸ φοινικοῦν, ὀσφρὺ δέξασθαι ἔστι δὲ ὃ αἱ γυναῖκες χρῶνται, ὅπως ἐκεῖνο ἰάζειν, ὀνομάζουσι δὲ καλούμενον φῦκος. In Solomonis ſapientia cap.13. ita ſcriptum vbi agit de idolis quæ artifices minio & phyco rubefaciunt, καταχρίσας μίλτῳ καὶ φύκει, ἐρυθήνας χρόαν αὐτοῦ, &c. vide Ψιμμύθιον. Theocritus εἰδυλλιάζοντες, Παῖσαι εἴτε γε καὶ φῦκος ἀπὸ σκληρᾶς ἀγρεῦσαι. Φῦκος cum in plantarum cēſu poſuiſſet Galenus, rurſus & inter metalla diſpoſuit, vt & eius æmulus Aetius: quod quia erroris inſignis ſuſpicione non vacat, excuſare nequeo:& tamen propter præceptoris authoritatem,quam apud me obtinet,accuſare non audeo. vidit hoc Æginetа, & in metallorum enumeratione conſultò præteriit.

Φυκοφάγος,qui alga veſcitur. Φυκοφάγος piſcis eſt apud Athen. ὁ ἱεροθύτης facer Apollini.

Φυκόω, ῶ,fuco,fuco oblino. φυκόομαι,fuco oblinor.

Φυκτὸς,quaſi φευκτὸς,euitabilis,Outd. Odyſſ. ξ, ἐκ ἔτι φυκτὰ πέλονται, vitari non poſſunt,id eſt, non datur huius periculi vitandi facultas.

Φυκώδης, εος, ὁ καὶ ἡ,algoſus,algæ referens ſpeciem.

Φύλαγμα, ατος, τὸ,cuſtodia,præceptum,mandatum.

Φυλαδὸν,per tribus. Hom. Iliad.β, τεχθέντα δὲ ἄνδρας κατὰ φυλαδόν.alij cōiunctim legendum cenſent κατὰ φυλαδόν.

Φυλακὴ, ῆς, ἡ, cuſtodia, tutandi ratio, conſeruatio, animaduerſio, obſeruatio:excubatio ſiue excubitus,ſtatio,præſidium, φρουρά,tutela,excubiæ,ſpeculatus. Plin. vigilia. φυλακὴν τῆς πόλεως ἔχω,cuſtodiam habeo ciuitatum. φυλακὴν ἔχω τῶν νεῶν, obſeruo naues,Thucyd. φυλακὰς ἔχειν μέλειν,obſeruo. Euripid. φυλακὰς καθιστάναι,Xenoph.& Thucyd.locare cuſtodiam. φυλακὴν ποιοῦνται,ſeſe defendunt. φυλακὴν ποιοῦμαι χωρίου, loco præſidium impono. Thucyd. φυλακὴν τοῦ Πειραιῶς ἐποιοῦντο, cuſtodiebant Piræum. φυλακὴν καθίστημι, impono præſidium. ἐπὶ φυλακῇ ἔχειν, cuſtodire,Thucyd. ἐς φυλακὴν αὐτῶν εἴκοσι ναῦς πέμπει, idē Thucydid. ad eos intercipiendos viginti naues mittit: ſic Valla. Idem, φυλακὴν τε φέρων καὶ ἐφόρμησιν παρέχειν Cuſtodias locare, & aditum parare, Homer. Iliad.θ, φυλακὴ δέ τις ἔμπεδος ἔστω, Μὴ λόχος εἰσέλθῃσι πόλιν,vrbis agatur fida acriſque cuſtodia. Nam de excubiis Liuius ait agere cuſtodiam, vt vulgò dicimus *faire bon guet*,id eſt, φυλακὴν ἔχειν. Iliad. ι, ὣς οἱ μὲν Τρῶες φυλακὰς ἔχον, hoc eſt, ἐφύλασσον,excubabant ad vrbis cuſtodiā. Et φυλακὴν ἔχειν, Herodot.cuſtodire,conſeruare. Φυλακὴ,cuſtodia, i. carcer, δεσμωτήριον, εἱρκτή. ἐς φυλακὴν ποιοῦμαι πέμπω,in carcerem coniicio, Ariſtot.2.OEcono. τοὺς ἀπαχθέντας εἰς φυλακὴν πεμφθέντας, i.eos qui miſſi erant aſſeruans ſub cuſtodia. Θρῄκην κατοικεῖ πατρῴου φυλακήν, Thraciam habitat paterno amico commendatus, Euripid. φυλακὴ καὶ τιμωρία. Demoſt.i. ἀπολέσεις φυλακὴ τῶν λῃστῶν, animaduerſio in prædones.idem Demoſt. φυλακὴ τῆς νυκτὸς τετάρτη,quarta noctis vigilia,c.14. Euang. Matth. Veteres enim noctem in aliquot excubias diuidebāt, quæ & vigiliæ dicuntur. γυναικὸς φυλακὴ, vxoris obſeruatio, Baſil. in Epiſt. I. prior. φυλακὴ τῆς συνεχείας,continendi officium.

Φυλάκια, apud Polyb. Suid. exponit, παρ᾽ Ἀλεξανδρεῦσι, τὰ ἐπαγγελίαι τῶν γυναικῶν μακρότερα.

Φυλακίζω,traho ad carcerem, pertraho in carcerē, claudo in carcere,in Pugna murium & felium.

Φυλακικὸς, ὁ φυλακτικὸς,ſeruandi peritus, cuſtos. Plat.1.de Rep. οὐκ ἄρα δίκαιος ὁ φυλακικὸς ἐστίν.

Φυλακὶς, ίδος, ἡ, nauis ad præſidia locorúmve cuſtodiam mitti ſolita. quæ & φρουρὶς,Xenoph.

Φύλακος, ου, ὁ,cuſtos,idem quod φύλαξ apud Dores,& Poeticé.

Φυλακτέον,cauendum eſt.

φυλακτέος, α, ον, obſeruandus.

φυλακτήρ, ῆρος, ὁ φύλαξ, cuſtos, vigil, Heſych. excubitor Virg. Homer. Iliad ι, φυλακτῆρες δὲ ἕκαστοι Ἀλεξάνδρου ... ἀμφὶ τεῖχος, i. cuſtodia. Vergil. nempe ipſi cuſtodes ac vigiles. Vnde &

φυλακτηρία, excubiæ, cuſtodia, φυλακή, τειχοφυλακία, He'yc.

φυλακτήριον, ου, τὸ, tutela, præſidium, munimentum, arx, locus cuſtodiæ. Chryſ. περὶ φρουρᾶς, φρουρὰ δὲ ἄρρηκτος ὅπλον ἐστὶ ... φυλακτήριον. φυλακτήριον dicitur antidotum contra venena, amuletum. vide in dictione περίαπτος, καὶ αὐτὸ φυλακτήριον εἶναι ... ταῖς γυναιξὶ, Dioſcor. lib. 5. capit. 151. de lapide ſelenite, i. quin & pro amuleto alligant ſibi eum mulieres: & cap. 162. lib. eodem, de iaſpidibus lapillis, πάντες δὲ λέγονται φυλακτήρια εἶναι περίαπτα, omnes pro amuletis alligari feruntur. φυλακτήρια, arma ſalutis. φυλακτήρια πλατύνουσι, phylacteria dilatant, cap. 23. Euang. Matth. vbi Eraſm. ait Latinè ſonare conſeruatoriũ, quod in eis ſeruatur memoria Legis. περὶ τῶν φυλακτηρίων, in can. 36. Concilij Laodicenſis. lege adnotat. Bezæ in Matth.

φυλακτήριος τῆς συλλήψεως, conceptus fœminarum cuſtodiens, Dioſc. lib. 1. cap. 165.

φυλακτικός, ad ſeruandum intentus, cui datum eſt ingenium cauendi, φυλακτικός, obſeruans, prouidus, vigilans, ad cuſtodiam aptus, circunſpectus ad dolum & inſidias cauendas. Cui opponitur ἀφύλακτος. φυλακτικὴ σοφία, ars cauendi. Plato in Epiſt. προσδεῖν ἔγωγέ φημι σοφίας τῆς πρὸς τοὺς πονηρούς τε καὶ ἀδίκους φυλακτικῆς, Eraſto præterea opus eſſe ſapientia ab improbis & iniuſtis ſibi cauendi. τὸ φυλακτικὸν, cuſtodiendi ſedulitas. Vnde φυλακτικά, Ariſtot. animalia quibus ingenium cauendi & vitandi datum eſt. i. cauta & prouida.

φύλαξ, ακος, ὁ, ἡ, cuſtos, vigil, excubitor, aſſeruator, ſtationarius, ἐπιστάτης, φρουρός, ἐφέστιος, rector, qui cuſtodiam habet, cuſtos ciuitatis, conſeruator, princeps, Ariſtot. in Polit. Plutarc. in Publicola, καὶ φύλακα τῶν ἑαυτοῦ γυναικὶ τὰς θύρας ἐπέστησε, vbi vxori fores cuſtodiendi negotium dediſſet. Xenophõ genere Fœminino, περὶ φύλαξ εἶναι ... νῆες φύλακες, naues præſidiariæ, Thucyd.

φυλάξιμος, qui defendi cuſtodirive poteſt.

φυλαρχέω, μ. ήσω, ſum dux tribus. Ariſtot. libro 4. Politic. ac ciues qui mediocritatem non ſeruant neque φυλαρχεῖν neque βουλαρχεῖν, vbi Aretin. exponit, nec circa Reip. gubernationem athei & minimè conſulere. Faber generalius, ad magiſtratus gerendos ineptos eſſe.

φυλαρχία, τιμή τις. Suid. &

φυλαρχίς, ὁ ἡγεμών, Suid. &

φύλαρχος, ου, ὁ, tribunus, tribuum præfectus, nomen magiſtratus in exercitu, Ariſtot. libro 6. Politic. capite 8. φύλαρχοι, tribuum principes.

φυλάττομαι, vito, deuito, fugio, φεύγω, auerſor & caueo. Xenop. φυλάττου ὅπως μὴ ἀπελθῃς τοὺς βοῦς τούτους, caue boues imminuas. Idem, οὐδ' ἀνθρώποις φυλάξῃ μὴ σε ἀχάριστον ... τοῖς γονεῦσιν ..., cauebis ne homines te ingratum ſentientes parentibus, notét ignominia. φυλάττομαι αὐτὸν, ab eis caueo, Thucydid. φυλάττομαι τὸ ἐπιόν, ab inuadente caueo, Valla. φυλάξασθαι πορνείας, ſtuprum cauére, c. 21. Act. Apoſt. φυλάττομαι ἀπὸ τούτων, Xenoph. mihi ab his caueo. περιφυλαγμένος ἀπὸ γυναικός, mundus à muliere, cap. 21. lib. 1. Reg. φυλάττομαι εἰπεῖν, caueo dicere ſeu ſalutare, i. non faciam vt ſalutem, in Epigr. φυλάττομαι παραβαίνειν, caueo tranſgredi, Demoſth. & Xenop. φυλάττομαι στρατεύεσθαι, ab inferendo bello abſtineo, φυλάττεται ὁρᾶσθαι, cauet ne cõſpiciatur, Ariſtot. lib. 9. Anim. φυλάττομαι, τὸ φυλακὴν ἔχω, cuſtodiam ago, excubias ago, vel ſto in propugnaculis, & ibi ſtationem habeo. Inde πεφυλαγμένος ἀνὴρ dicitur cautus & circunſpectus, & ἀσφαλής. Aliquando Paſſiuè. Nonnus, αἴγλας πεφυλαγμένον ἠοῦς, lumen auræ diligenter obſeruatum, de die feſto. Actiuè Apollon. 2. Arg. ... πεφυλαγμένοι. Et πεφυλαγμένως, cautè, cuſtoditè, Plin. ſec. ἀσφαλῶς, prouidè. Iſocr. vel poſitis & collocatis vigiliis. Xenoph.

φυλάττω, μ. ξω, α' χα, prima breui, τὸ τηρῶ, cuſtodio, ſeruo, tueor, tutor, munio, inſidias colloco vel vigilias, Xenoph. in Hipparch. Eſt & præſidio cuſtodio, ago cuſtodiam, compeſco, retineo, φυλάσσω σε, cuſtodio ſues. Odyſſ. ξ, σὺ τάς δὲ φυλάσσω ... In hoc ſignificatu dixit Ouid. ſeruare pecudes in vallibus. & apud Theophr. hiſtor. libro 4. capit. 5. φυλάττειν ἵππους. φυλάττειν τὰ ὄντα, tueri iam parta bona, Demoſt. φυλάττω θυμὸν, ſeruo iram, conditam teneo, Plato in Leg. φυλάττω μνήμῃ, teneo memoria, Idem ibidem. ἐφύλαττον τοῖς Ἀθηναίοις, pro Athenienſibus præſidio ſtabant. φυλάττω φυλακὰς, agere excubias, agere cuſtodias, Plato de Leg. φυλάσσοντες φυλακὰς, excubant in tabernaculo, cap. 21. Num. φυλάσσοντες φυλακὰς, cuſtodientes cuſtodias, excubantes excubias, c. 2. Luc. Euang. φυλάττω τὴν νύκτα, noctem in cuſtodiis ago, Thucyd. φυλάττω τὸ ... μηδένα ..., tranſitũ ne quis ſubſidio veniat tutor, Idem. φυλάττομαι γελοῖα ..., ceſſo à ridiculis dicendis, caueo ridicula, Plutarch. in Apophthegm. φυλάττω, τὸ ἀσφαλίζω, hoc eſt, obſeruo & capto occaſionem. Heſiod. εἰ τὰ φυλάσσεις τι ... καὶ ἔργα, obſeruant, Plato 2. de Republ. ... μὴ ἀδικῶμεν, id eſt, ne nequaquam cuſtodiremus ne mutuas inferamus iniurias.

φυλέτης, ὁ, tribulis, contribulis, ... , qui eſt eiuſdem tribus. ... contribulem, Ariſtot. lib. 2. Polit. c. 1. Ariſtoph. in Auib. ... interpr. ξυμφυλέτας.

φυλετικὴ φιλία, amicitia contribulium, Ariſtot. φυλετικὴ δίκη, i. ... φυλάς. Plato de Leg. φυλετικὴ δικαστήρια, iudicia (vt ita dicam) tribuli ... Idem ibidem. φυλετικὴ ἐκκλησία. Dionyſ. Halicarn. tribuntia comitia, vt centuriata, λοχιτίδες.

φυλέω, in tribus diuido, Accuſ. Ariſtot. lib. 2. Polit.

φυλή, ῆς, ἡ, tribus, cognatio, familia, cohors, Thucydid. vide in dictione δῆμος. φυλὴ apud Romanos continebat decem φρατρίας i. curias. Plutarch. in Romulo. φυλαὶ δέκα ... vide Interpr. Demoſth. de earum diſtributione. ... Plato de Leg. ... id eſt, multitudinem ſeu populum in partes diuidere diſtribuerēque, quarum alias phylas, alias obas appellauit Lycurgus, Plutarchus in Lycurgo. κατὰ φυλάς, tributim, per genera, Xenophon in OEconomic. de inſtrumentis domeſticis.

φυλία, ας, ἡ, Heſychio oleaſter, vel ficus arbor ſpecie ilicis: ... lentiſcus. Ammon. in φυλία.

φυλλάς, intrita viridia, ... Pollux lib. 6.

φυλλάκανθα, τὰ, plantæ ita dicuntur, quæ ſpinas in foliis habent, quæ ſpinoſo conſtant folio, vt Achantus, Eryngium, Cnecus, Theophr. hiſtor. plant. lib. 6. cap. 1. vide ἐπιφυλλάκανθος. vel φυλλάκανθα, foliis omni ex parte ſic in ſpinas diuiſis & abeuntib. vt tangenti præter ſpinas nihil occurrat, vt Acorna, Drypis, φυλλάκανθα, Theoph. lib 1. hiſt. cap. 16.

φυλλάκανθος, foliis aculeatis conſtans, pro foliis ſpinas habens, ſpinoſis foliis.

φυλλάριον, folium, minutum folium, Dioſc.

φυλλάς, lectus è foliis ac frondibus congeſtis. Strabo lib. 12. dixit φυλλάδα, ſtruem ac cumulum foliorum ex arboribus deciduorũ. φυλλάσι βεβλημένη, foliis conſternens, Herodot. φυλλάδες, frondes, κλάδοι, Apol. Rhod. & Nicand. in Alexiph.

φυλλανθές, Phyllanthes, herba inter φρυγανώδη apud Theophraſt. hiſt. lib. 7. cap. 9. vbi tamen corruptè ἀφυλλανθές. Meminit Plinius lib. 21. cap 16. Eſt, ni fallor, ſcabioſa ſeſſilis herbariorum, ſiue ſcabioſa minima. ſic vocata quia eius folliolus eſt floris floſculus.

φύλλα, τὰ, odoramenta hortenſia, herbæ virides hortorum odoriferæ, cuiuſmodi coriandrum, ruta, apium, apud Hippocrat. apud Pollucem φύλλα pro foliis lactucæ. Scribitur φυλλεῖα in Comm. Ariſtoph. in Achar. i. ... τῶν λαχάνων.

φυλλίνης ἀγών, certamen in quo nihil aliud præmij proponitur præter coronam. vide στεφανίτης.

φυλλίτιον, τὸ, folium, flos terræ.

φυλλιάω, frondeſco. Aratus de Sirio loquens, ... οὐκ ἔτι ... , non amplius illum cum Sole orientem arbores fallunt ſine humoris incremento frondentes. Cicero,

> Hic vbi ſe pariter cum Sole in lumina cœli
> Extulit, haud patitur foliorum tegmine fruſtrà
> Suſpenſos animos arbuſta ornata tenere.

φυλλῖτις, ιδος, ἡ, phyllitis, herba de qua Dioſcor. lib. 3. cap. 121. vulgò lingua ceruina.

φυλλοβολέω, μ. ήσω, τὰ φύλλα ἀποβάλλω, amitto folia, vt Varro vertit ex Theoph. Idem lib. 1. hiſtor. plan. cap. 15. ... ἀφυλλοβολεῖ, quæ non dimittit folia, Plin. lib. 12. cap. 1. alibi, folia deperdere, dixit. Vide ... Ariſtoph. ... φυλλοβολεῖν.

φυλλοβολεῖν, folia floréſque ſpargere. vide περιχύτης.

φυλλοβολία, foliorum iactura, foliorum profluuium. Theoph. hiſt. lib. 1. cap. 15.

φυλλοβόλος, folia perdens, foliis deciduus.

φυλλοκοπέω, μ. ήσω, ... folia amputo. Neutr.

φυλλολογεῖν, folia legere, pampinare de vite, vt de ficu ἀποφυλλίζειν, Pollux.

φυλλομανέω, in frondes & in folia eluxuriare, foliis luxuriare, foliis laſciuire. Gaza libro 8. cap. 7. hiſtor. plantarum Theophraſti, vbi, Ἐν ταῖς ἀγαθαῖς χώραις πρὸς τὸ μὴ φυλλομανεῖν. Dicitur etiã φυλλομανεῖν.

φύλλον, ου, folium, frons, ... φύλλα λιπαρὰ καὶ ἁπαλὰ καὶ ... , folia pinguia & delicata magiſque flaccida, apud Th. hiſt. l. 3. c. 12. φύλλα ... apud Euripid. ... A φύλλον fit Adiect. φυλλώδης, ... Theoph. hiſt. 1. folioſior, Plin. φύλλον apud Hippocratem 2. τῶν γυναικείων, id eſt, ſilphij ſemen, τὸ ... inquit Galenus, ... cui voci aliquando adiicit ... φύλλα ἢ φύλλον idem Hippocrat.

voca-

vocat, olera condimentis vſitata, rutam, mentam, apium, coriandrum quæ auctarij loco à venditore adiici ſolebant. Galen. exponit, τὰ ἀκαλυφῆ καὶ βοτανώδη χλωρὰ ἡδύσματα, vel τὰ ἀκροτάτα ἡδύσματα ἃ τοῖς ὠνουμένοις τὰ λάχανα προστιθέασιν, οἷον πήγανον, ἡδύοσμον, σέλινον, σίλφιον. vide Ἡδύσμα, & Στύμμα. Φύλλον, folium malabathri κατ' ἐξοχήν. Aliquando etiam φύλλον μαλαβάθρου dicunt: vide ſupra in ea voce. Apud Aëtium lib. 7. ſic ſcriptum, φύλλ. τὸ τοῦ μαλαβάθρου φύλλον. Φύλλον, apud Theoph. lib. 9. de hiſt. cap. 19. nomen eſt herbæ, cuius genera, vt & Dioſcorid lib. 3. cap. 127. ait eſſe, φύλλον ἀῤῥενόγονον καὶ θηλύγονον. Plinius φύλλον vocem non intellexit in Theophraſto, ſicut nec Gaza qui herbam quandam malè tranſtulit. Agit autem de hac plãta ipſe Plinius partim ex Dioſcoride, partimque ex Theoph. lib. 26. Phyllon etiam vocat lib. 27. cap. 12.

Φυλλοῤῥοέω, μ. ήσω, π. ηκα, foliis fluo, amitto folia, frondes perdo, q. defrondeſco, Theophraſt. hiſtor. libro 3. capite 22. vide Ἐκ-φυλλ.

Φυλλόστρωτος, foliis ſtratus, Eurip.

Φυλλότρωξ, in Φύλλον.

Φυλλοφόρος, foliatus.

Φυλλοφορέω, eiicio & expello: & ἐκφυλλοφορέω, quod per frondium ſigna fiebat, hoc eſt, ſenatu vel ordine moueo. vide ſuprà. Φυλλοφορεῖν, folium ferre, Theophr. hiſt. lib. 3. c. 17.

Φυλλοχόος μὴν, menſis quo folia decidunt, Heſiod.

Φυλλώδης, ους, ὁ καὶ ἡ, frondoſus, foliaceus, folioſus, foliatus, Gaza. φυλλώδεις δυνάμεις, vires foliis inſitæ.

Φυλοβασιλεῖς, reges tribuum, qui ſacrificiis præſunt.

Φυλοκρινέω, μ. ήσω, π. ηκα, iudicis officio fungor in tribu. Pollux lib. 8. ἀπὸ δὲ φυλῆς, τὸ φυλοκρινεῖν. Heſych. habet verbum barytonum φυλοκρίνομαι, quod exponit ἐν τῇ φυλῇ διακρίνομαι.

Φῦλον, ου, τὸ, genus, gens, natio, cognatio, tribus. ἴδιον πλῆθος, ἔθνος, cœtus. etc. Xenoph. [illegible] τὸ φῦλον τὴν τάξιν οἶδα, vtriúſque generis horum noſti ordinem. φῦλον ἰωνικὸν, Iones.

Φύλοπις, ιδος, ἡ, pugna, contentio, ſeditio, certamen, μάχη ἡ κατὰ πλῆθος. prima longa. Heſiod. ἱέμενοι πολέμοιό τε φυλόπιδός τε, cupientes belli & pugnæ. Idem, λελαιόμενοι πολέμοιο φυλόπιδα στῆσαι, belli pugnam committere cupientes, Homer. Iliad. γ, in [illegible] dixit, ἔνθα μάλιστα μάχη καὶ φύλοπις ἦεν, pugna & conflictus. Dicitur verò φύλοπις παρὰ τὴν τῶν φύλων ὄπα, i. βοὴν, Euſtath.

Φῦμα, ατος, τὸ, tuber, (nam tuber in hoc ſignificatu vocat Seneca, quod Valer. Max. & Plin. vomicam) tuberculum, omnis tumor præter naturam qui citra externam cauſam oritur, à ſimilitudine eorum quę è terra enaſcuntur atque erumpunt. tuberculum. & oriens tuberculum dixit Celſus, vt φύγεθλον, orientem panũ. Lege ipſum lib. 5. cap. 18. φύματα nihil aliud ſunt quam ἀδένων παθήματα, id eſt, adenum affectiones, in quibus factæ inflammationes φύματα, id eſt pani dicũtur, inquit Marcel. lib. 1. Dioſcorid. ſubdens ſe obſeruaſſe creſcentes quocunque loco & parte corporis veluti tumidos abſceſſus ſic vocari, appellarique in hoc genere etiam à Græcis φύγεθλα, à Latinis furunculos, magnitudinis tamen differentia. φύματα καὶ οὐλαὶ, verrucas & nęuos & cicatrices. Ariſtot. 7. Anim. apud Pollucem lib. 4. φῦμα [illegible], τραύματος σημεῖον.

Φῦμα, Archilochus φυτὸν vocauit. vide infrà. Et apud Nazanz. primæua parens Eua πλευρῆς φῦμα dicitur, i. propago, quòd è coſta extiterit.

Φυματίας, ου, ὁ, idem quod φυματώδης, φυματοῦσθαι, dicitur pars corporis in qua φύματα naſcuntur. item perſona cui illa innaſcũtur apud Hippocrat.

Φυματώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, phymatis abundans. Hippocr.

Φυῶμαι, à φύω, priori breui apud Ariſtoph. naſci, natum eſſe, coaleſcere, inſitum à natura eſſe, Plutarch. in Pericl. Apud Sophocl. φυῶμαι ſcribitur in Aiace. [illegible] φυῶμαι [illegible], &c. Xenoph. [illegible] τὸ ἐκ τῶν αὐτῶν φυῶμαι, ex iiſdem parentibus ortum duxiſſe. Idem, φυῶμαι λέγεται [illegible], fertur fuiſſe, &c.

Φύξ, apud Etymolog. quod non exponit, ſed duntaxat à futuro φύξω eſſe tradit Euſtath. vult φύξ eſſe nominatiuum à quo fiat φύγαδε quũ alij contrà velint φύγα à quo fit φύγαδε dici per metaplaſmum pro φυγὴν.

Φυξήλιος, ου, ὁ, vmbram amans, ſolem fugiens, Nicand.

Φύξηλις, exul, profugus, ὁ φεύγων ἀλκὴν, ὁ φεύγων [illegible] τὴν ἐν πολέμῳ τάξιν, ſtationis deſertor miles & fugitiuus, ὁ φυγὰς, Suid.

Φύξιμα δένδρα, arbores quæ ob altitudinem à pecudibus tutæ ſunt.

Φύξιμον, ου, τὸ, aſylum, φεύξιμον, καταφύγιον, Pollux. Φύξιμος, adiect. fugiendus, qui in fugam vertit. Nicander in Theriacis de Cędro, [illegible] φύξιμον ἔπλετο. Φύξιμον λιμένα, dixit Plutar. in Polit. tutum portum quò velut ad aſylum confugere liceat.

Φύξιος, fugæ fauens. Inde φύξιος Iupiter, qui mala fugat amolitúrque, ἀποτρόπαιος: vel fugæ præſes, qui exules confugientes ad ipſum defendit. & φύξιμοι συμφοραὶ, propter quas ſolum vertere neceſſe eſt. Apollo. lib. 4. φύξιον, i. calamitatem capitalem, dixit.

Φύξις, εως, ἡ, fuga, φυγὴ, effugium, Suid.

Φύομαι, naſcor, enaſcor, gignor, exiſto, exeo, exorior, pullulo, adhæreo, concreſco. Deponens abſolut. prima longa, in Epigr.

Φυόμενον πρᾶγμα, res quæ nuper accidit, res nata, res repentina. Sic Cic. Nihil vnquam ſimile natum puto. Xenoph. in 5. Ἑλλην. [illegible] πρᾶγμα φυόμενον ἐν τῇ Ἑλλάδι, i. πρᾶγμα νεωστὶ γεγενημένον.

Φυόμενα, τὰ, pullulantia, alitilia, ſtirpes, plantæ, Dioſcorid. libro 8. cap. 15.

Φυός, οῦ, ὁ, fructus, germen, φύτευμα, γέννημα, Heſ.

Φύραμα, τος, τὸ, Propriè farinæ humore maceratæ & temperatæ ad panificium. materia pinſita & ſubacta Plin. τὸ ζύμωμα, Euſtath. στέαρ, ὃ τὰ ζυμούμενα ἄλφιτα, Suid. ἀπὸ τοῦ φυρᾶσαι, pinſere & ſubigere. Maſſa verò, [illegible] eſt materia pinſita & ſubacta tandémque in vnum coacta, & coadunata conglobatáve: Græcè eſt μάζα, quæ fermentata ſit, néc ne, ad vocis ſignificationẽ nihil refert. Nos φύραμα καὶ μάζαν communi vocabulo appellamus *paſte*: φυρᾶν tamen dicimus *paiſtrir*: & [illegible], *empaſter*. Paulus ad Galat. cap. 5. Μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ, i. Exiguum fermenti totam materiam (ſic enim etiam loquitur Plinius lib. 18. cap. 11. vbi farina quæ ſubigitur: & deinde materia, id eſt φύραμα) fermentat. maſſam vertit Interpres. Et 1. ad Corinth. cap. 5. Οὐκ οἴδατε ὅτι μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ; ἐκκαθάρατε οὖν τὴν παλαιὰν ζύμην, ἵνα ἦτε νέον φύραμα, καθώς ἐστε ἄζυμοι. Interpr. Expurgate igitur vetus fermentum, vt ſitis noua maſſa, ſicut eſtis fermenti expertes. Rurſus ad Rom. cap. 11 Εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα, Quòd ſi primitiæ ſanctæ, maſſa itidẽ. Nazanz. in Orat. de Chriſto qui vt fermentum totam materiam temperat, [illegible] τὸ πᾶν φύραμα. Φύραμα etiam de quauis, quæ ſubactu fit, miſtúra, vt de mortario ac rudere. Conſtantinus [illegible] lib. 11. cap. de apibus, [illegible] φυράματι [illegible]. Paulus ad Rom. cap. 9. ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι, &c. i. ex eadem maſſa.

Φύρασις, idem, coactio in offas, maceratio, commixtio.

Φυράτης, ου, ὁ, decoctor, interuerſor, vt φύρασις etiam interuerſio exponitur. Cicer. lib. 10. Epiſtol. ad Attic. Philotimum φυράτην vocat, vt rationum conturbatorem.

Φυράω, &c.

Φυράομαι, fermento, φύρω, ſubigo, diluo, pinſo, mollio, macero, cõmiſceo, permiſceo, ago in maſſam, ζυμῶ [illegible] τὰ ἄλευρα, maſſam farinæ ſubigo & miſceo, vnde panis conficiatur, conſpergo, confundo. φυράσας, qui confud t. Ariſtoph. [illegible] φυρασάμενος τὴν φωνὴν πρὸς τὸν ἐραστὴν, molliens & frangẽs vocem erga amatorem. φύρασον, miſceto. φύρασον οἴνῳ, &c. vino ſubige, vino macera, Dioſc. lib. 2. c. 94. φυραθέντα μετ' οἴνου, Gal. ad Glauc. φυρατέον ὄξει, aceto ſubigendum. φυραθεὶς, cõſperſus, ſubactus, mixtus, maceratus. φυραθεὶς ἐλαίῳ, dilutus oleo, ſubactus oleo, Dioſc. lib. 2. c. 43. φυραθεὶς ἐν τῷ ὄξει, aceto maceratus, Idẽ l. 5. c. 77. προφυραθεὶς ἐν ἐλαίῳ, cõſperſus oleo, Exo. 29. προφυραθεὶς σὺν ἀλφίτῳ, cũ polẽta ſubactus. Dioſ. l. 3. c. 10. vide Φυράω.

Φύρδην, mixtim, confuſè, πεφυρμένως, συγκεχυμένως. φύρδην τε, καὶ μέτρια συμπλέκεσθαι τοῖς ἐναντίοις, Plutarch. in Othone, vbi Philelphus, tum mixtim, tum admodum ſeparatim cum hoſte manum conſerere. Alij, & fuſim per multas partes, &c. Euſtath. Odyſſ. ε, ἔστι δὲ φύρεσθαι τὸ μολύνεσθαι καὶ συγχέεσθαι· ὅθεν καὶ φύρδην [illegible] λέγονται.

Φύρκος, paries, τεῖχος, Heſych.

Φύρμα, ατος, τὸ, fimus, ſordes, ſtrigmentum, inquinamentum Gell. Nicand. in Theriac. [illegible] φύρματι [illegible]: Inter. τῷ σπέρματι διερὸς, ſemine madidus. Idem in Alexiphar. [illegible] φύρματι χεύῃ. Commen. τὰ λύματα καὶ συρφετὰ, recrementa ſiue retrimenta, à ſimilitudine τοῦ φυράματος.

Φυρμὸς, οῦ, ὁ, idem, μολυσμὸς, ῥύπος, μίασμα, Heſ. Hieronymus tamen φυρμὸν vertit perturbationem, Ezech. 7.

Φυρόω, μ. ώσω, contamino, inquino. vide φύρω.

Φυρτάζεσθαι, ludere obuolutis circum talos veſtibus.

Φυρτὸς, mixtus, confuſus, μικτὸς. item vino macerata farina.

Φύρω, μ. φυρῶ, miſceo, permiſceo, confundo, pinſo, macero & mollio aqua, ſubigo, φυράω, irrigo, βρέχω, πλύνω. fœdo, μολύνω, ταράττω, perturbo. Apoll. Rhod. libr. 2. Argon. [illegible] αἵματι φύρσαι, inquinare. Heſiod. γαῖαν ὕδει φύρειν, terram aqua ſubigere. δακρύοισι πεφυρμένος, lachrymis perfuſus, in Epigram. πεφυρμένος ὑγρῷ ἄνθει, humido flore perfuſus, Plutarc. in Theſeo. πεφυρμένη σώματι ψυχὴ, animus corpori permixtus, Idem in Rom. πεφυρμένος οἴνῳ ἐλαίῳ τε, vino oleóque panis maceratus, Thucydid.

Φὺς, natus, genitus. φὺς ἀγαθῶν πατέρων, ortus bonis parentibus, Plato de Leg.

φῦσα, ης, ἡ, φύσσα vel cum ſimplici σ, follis. Homer. Iliad. σ, φῦσαι δ' ἐν χοάνοισιν ἐείκοσι πᾶσαι ἐφύσων, folles viceni. Φῦσα, flatus, φύσησις. Ariſtotel. hiſtor. ς. de leone, Πέψεται δὲ καὶ φύσας δριμείας ἀφίησι, &c. de ventris flatu loquitur. φύσας ἐκκρίνειν, Alex. Aphr. lib. 1. Probl. pro flatum ventris extrudere & pedere. Et φύσαν ἐργάζεσθαι pro inflare, i. φυσᾶν. Φῦσα, faſtus. vide φύσημα. Φῦσα ſcribitur in Comm. Ariſtoph. in Nebul. i. κύστις, veſica: ſic dicta ἀφ' οὗ πνεῦμα πίμπλαται. Et pro folliculo apud Dioſcor. lib. 1. Φῦσα pro piſce, apud Athen. lib ζ.

Φυσαλὶς, ίδος, ἡ, bulla aquatum, πομφόλυξ. vide in ea dictione ſupra.

Φυσαλὶς, phyſalis, i. veſicaria, quæ & ἁλικάκαβος, frutex eſt, capite vltimo lib. 1. Dioſc. & lib. 4. cap. 72. annotat ibidem Marcellus dictam ſic ſibi videri potius ἐκ τῶν φυσῶν, i. veſicis & folliculis quos habet orbiculatos veſicis nō diſſimiles, quàm quòd proſit veſicæ, licet id Plinius teſtetur.

Φύσαλος, ου, ὁ, illud venenatum ranarum genus, quod ſe inflat ac turgeſcit ita vt ſæpè crepet veneni crapula diſtentum, itaque vulgò vocamus *Crapaut*, vel ἀπὸ τῆς κραιπάλης, vel à crepando, vt dicitur à Græcis φύσαλος ἀπὸ τοῦ φυσᾶν. Latinè dicitur bufo, qui βάτραχος χερσαῖος eſt, vt & rubetarū duo genera, paruum viride quod ἀπὸ τοῦ κρώζειν, *craſſet* vocamus, alterum prægrande in rubis, vnde & nomen. vtrunque φρῦνος Græcè appellatur. Lege Plin. lib. 32. cap. 5. Hæc diſtinguo, quia ſcio rubetam & bufonem confundi à pleriſque, vt Cardano & Fuchſio deceptis Plinij authoritate, niſi fallor, non ſatis intellectis eius verbis atque ſenſu. Lucianus, ἐν φιλοψευδεῖ, Ἧκον οὖν ὥσπερ ἑλκόμενοι πρὸς τὴν ἐπῳδὴν ὄφεις πολλοὶ, καὶ ἀσπίδες, καὶ ἔχιδναι, καὶ κεράσται, καὶ ἀκοντίαι, φρῦνοί τε, καὶ φύσαλοι, id eſt, rubetæ & bufones. vide Seruiū in 5. Georg. Virgil. vbi, Inuentúſque cauis bufo. In Bufonis capite inuenitur lapis, qui vulgò *crapaudine*. i. βατράχιος λίθος. Nam corruptè legunt apud Nicolaum Alexandrin. in vnguēti citrij compoſ. λίθου βραγχίου. Cum hoc, nomine non natura conueniunt, quos Batrachitas vocat Plinius libr. 37. capite de gemmis per alphabeti ordinem: Batrachitas, inquit, mittit & coptos. Vnam ranæ ſimilem colore, alteram ebori, tertiam rubentis è nigro. Φύσαλος, cete balenæque genus, Heſyc. vide Ælian.

Φυσάω, ῶ, ήσω, πεφύσηκα, (quod ab aliis gemino σσ ſcribitur) ſpiro, ſpiritu inſlo, ſpiritum immitto, afflo, flatu diſtendo, tumefacio. Actiu. Accuſ. Ariſtoph. Nebul. ἵν' αὐτὸν ἐμφυσᾷ, id eſt, κεχηνότα ἐμφυσήσῃ τὴν γαστέρα. Ibidem, Ὅταν εἰς αὐτὰς ἄνεμος μετέωρος κατακλεισθῇ, ἔνδοθεν αὐτὰς ὥσπερ κύστιν φυσᾷ, veſicam diſtendit. vbi per σσ ſcribitur. φυσᾶν τὴν λαμπάδα. Idem κόχλους φυσῶν, Euripid. concha inflata ſonans. Athen. lib. 8. Αὐλητῇ γὰρ αὐλοῦντι θεοὶ νοῦν οὐκ ἐνεφύσησαν, ἀλλ' ἅμα τῷ φυσᾶν χὠ νοῦς ἀποπέταται: Dij tibicini mentem non inſufflarunt, nec ita indiderunt vt adhæreſceret: Ipſa enim primo inflatu euolat. Demoſth. περὶ παραπρ. Ὁ δ' ἐμβέβηκε μέχρι τῆς σφυρᾶς ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ, τὰς γνάθους φυσῶν, i. buccas inflans ſiue flatu diſtendens. Φυσᾷ, efflo. Sophocl. φυσῶν τ' ἄνω πρὸς ῥῖνας αἷμα, per nares efflantem cruorem. δόξαν φυσήσας αὔξεται, inflatus ſuperbè famam auget, Herodot. Aliquando effero. Xenoph. πεφυσημένος τῇ δυνάμει. Inuenitur etiam pro inflor & tumeo. vide φύσημα, & φῦσα.

Φυσγών, ὁ, tractus, συρμὸς, Heſyc.

Φύσκη, ης, ἡ, veſica, follis. vide φῦσα, & Φλογιστών.

Φύσημα, ατος, τὸ, flatus, φύσησις: vnde ait Pollux de tibiis lib. 4. τὸ δὲ πνεῦμα, καὶ φύσημα, καὶ αὔλημα, ventus ſpiritúſque qui inflatu tibias cæteráque inſtrumenta ἐμπνευστὰ permeat ſonitúſque elicit. Φύσημα, in bullante humore dicitur ἀναζέσαντος αἵματος καὶ ἐκπηδήσαντος, bulla ſic ebullientis ſanguinis eruptionem, αἵματος φύσημα vocauit Euripid. Inde factum vt φυσήματα dicantur, in margaritarum conchis bullarum modo inanes cōceptus. Plinius lib. 9. cap. 35. Si verò & tonuerit, pauidas ac repentè compreſſas, quæ vocant phyſemata efficere, ſpeciem modò inani inflatam ſine corpore: hos eſſe concharum abortus. Φύσημα, tranſlatè, τὸ φρόνημα, ἀλαζονεία, arrogantia, quod & flatus dicitur, vt apud Virgil. in Æneid. flatúſque remittat. Euſtat. in Homer. Iliad. σ, Γελοῖον δὲ ὡς ὁ χαλκευτικὸς φῦσα ἐγγραφικῶς μεταφορικῶς, τὴν ἀλαζονείαν αὐτοῦ ὀνομαζομένην ... (id eſt, verborum inanitatem Ciceroni) τῶν ἀλαζόνων, ὅτι οἱ λόγοι τοῖς φυσήμασιν (id eſt bullis) ἐοίκασι. Vnde Demeas tibicinis mulieris filius ſcommate tactus eſt atque perſtrictus ab Hyperide, cùm ille è ſuggeſtu inſoleſceret ferocientis equi more, ἐπιστομίσας γὰρ αὐτὸν Ὑπερίδης, εἶπεν, Οὐ παύσῃ μεῖζον τῆς μητρὸς ἔχων τὸ φύσημα: quo dicto ignobilitatem eius atque inflatum & turgentem animum tetigit & irriſit, ὅτι τὸ αὐλητρὶς ἦν ἡ τούτου μήτηρ ... καὶ μεγάλα ἐφύσα. Sic & in Alcibiade poſteriore Plato, Ἀνδρῶν πολιτικῶν, πολιτικὸν φύσημα φυσώντων, Virorū qui inflati ſunt adminiſtrationis Reip. gloria. φυσιοῦσθαι in hoc ſenſu dixit Apoſtolus. vide infrà. Φύσημα etiā peculiariter appellatur reſina pinea. Galen. de compoſit. med. κατὰ γένη lib. 7. ... δ' αὐτὴν ἰδίως φύσημα: Quod & confirmat Aëtius lib. 1.

Φύσησις, flatus, φύσημα, flandi actio, quaſi flatio. Theophr. de carbonibus loquens hiſtor. lib. 5. cap. 10. ... ad flatum commodiores, vel potius ad ſufflationem cum Plin.

Φυσητὴρ, ῆρος, piſcis quidam cetaceus apud Ælianum. Strabo lib. 3. dum inſpirat, apparet procul inſpectantibus columnæ in modum nebuloſa quædam facies. Φυσητὴρ, Comm. Ariſtop. flabellum ... Apud Dioſc. c. 77. lib. 5. fiſtulam ſiue tubulumque exponunt. In Biblis ſufflatorium cap. 6. Hieremiæ.

Φυσητήριον, ου, τὸ, tibia, αὐλός.

Φυσητικὸς, vim habens inflandi, Ariſtotel. libro Animalium de piſcibus.

Φυσίφρων, inflatus mente, ὁ πεφυσημένος τὰς φρένας, Heſyc.

Φυσιασμὸς, ῦ, ὁ, flandi actio, efflatio, flatus. Ariſtot. Probl. Segm. ... Quæſt. ... φυσιασμὸς, ... vbi opus ſignificatur, vt actio φύσησις vocatur.

Φυσιάω, flo, ſufflo. Hom. Iliad. δ, ἔχε φυσιόωντας ἵππους, i. πνέοντας, ἀσθμαίνοντας. Virg. ſpirantes naribus ignem, dixit de equis.

Φύσιγξ, γγος, ἡ, in allijs dicitur, circa caput in quo ſemen, velut turgida veſicula. Com. Ariſtoph. in Acharn. vbi, οἱ Μεγαρῆς ... φύσιγξ, inquit, τὸ ἐπάνω λέμμα τῶν σκορόδων, ... (Suidas legit. φυσίγγα) &c. Galenus in Gloſſis Hippocrat. φύσιγγα (corruptè legitur φύσιγγα, quod & Varinus ſequutus ...) expoſuit. Heſyc. ... (non ſequor) ... (emendo ... id eſt, ingluuies autem ... Hoc φύσιγγας dicit Hippocrates. vide ſupra. Φύσιγγες, puſtulæ, veſiculæ tumoréſque in manibus & pedibus. Pollux lib. 4. Χεῖρες, ... φύσιγγες, ... πόδες, ... οἰδεῖς.

Φυσίγναθος, maxillas & buccas inflans, proprium ranæ, Homerus in Bello ranarum.

Φυσίζοος, ἡ

Φυσίζωος, (eſt enim ἐκ τῶν ... , vt & ... ζῶος, ... , μιξίζωος, quæ & per ι.) ου, ὁ, ἡ, ad victum generans neceſſaria, victum producens καὶ τὰ εἰς ζωὴν, viuificans vitam, producens, animantium pater, Nazanzenus de Sole. Iliad. γ, ὣς φάτο, τοὺς δ' ἤδη κάτεχεν φυσίζοος αἶα, alma tellus, ἡ τὰ πρὸς ζωὴν φέρουσα ... Iliad. φ, ... φυσίζοος, ... φυσίζοον ὕδωρ, in Epigr. Eſt etiam proprium loci in Lacedæmone, vbi Caſtores terra abſorpti, rurſus emerſiſſe, vel proguati eſſe traduntur.

Φυσικὴ, naturalis ſcientia.

Φυσίκιλλος, apud Athen. libro 4. panis ſpecies, ... ἐγχυτὸς ... γεγονὼς ...

Φυσικὸς, ὴ, ὸν, naturalis, Ariſtot. in fine primi Poſter. Analyt. Φυσικὴ δὲ θεωρία ... , maximè naturalis, Theophraſt. hiſtor. lib. 2. cap. 1. περὶ φυτῶν loquens. Eſt & natiuus, aptus, naturā ſequens, naturæ familiaris. φυσικὸς καὶ δύναμις, Xenoph. φυσικὸς βίος, vita contemplatiua Senec. ὁ θεωρητικὸς, Pollux. Φυσικὸς, ſpeculator, venatórque naturæ, Cic. 1. de Natura Deor. κατὰ τὸν φυσικὸν Ἐμπεδοκλέα, &c. Ariſtot. lib. de mundo, id eſt, iuxta phyſicum Empedocl. Et qui flatum ciet, Gaza lib. 8. Animal. Φυσικὰ φάρμακα vocat Trallianus, medicamenta, ... , vt amuleta, cantiones ſiue incantamenta, aliaque id genus, quæ non à qualitatum efficientia, ſed à naturali forma & à tota ſubſtantia ſuos effectus producunt. Sic idem ait in eo ſenſu, φυσικὰ ... Marcellus Empiricus etiam remedia phyſica vocat, quæ phyſicè agunt & vi occulta ab inſita proprietate. Talia negat Galenus ſub methodum cadere.

Φυσικῶς, naturaliter. vide φυσικὸς.

Φύσιμος, vim habens pullulandi. φύσιμον σπέρμα, ſemen quod vim habet producendi, Theophraſt. libro quarto, capite 6. de cauſis plant.

Φυσιογνωμονέω, ex facie addiuino. Gell. lib. 1. cap. de Pythagora, Iam à principio adoleſcentes qui ſeſe ad diſcendum obtulerant, ἐφυσιογνωμόνει, id eſt, mores naturáſque eorum coniectatione quadam de oris & vultus ingenio déque totius corporis filo & habitu ſciſcitabatur & iudicabat. Ariſtot. in Phyſiognom. ... τῶν φυσιογνωμονησάντων. Φυσιογνωμονῶ, diligenter cognoſco faciem alicuius, & annoto, vt poſtea, noſcam. Demoſt. κατ' Ἀριστογείτ. in 1. ... φυσιογνωμονήσαντες ...

Φυσιογνωμία, &

Φυσιογνωμονία, ſcientia qua natura hominum ex aſpectu corporis iudicatur, Ariſtot. & Adamant.

Φυσιογνωμονικὴ μέθοδος, phyſiognomoniæ methodus, Adamant.

Φυσιογνώμων, ονος, qui ingenia hominum & ſenſus ex aſpectu corporis iudicat, qui naturæ eſt interpres, & iudex, Ariſtot. lib. 4. de gener.

de gener. Anim. Cicero de Fato, Zopyrus φυσιογνώμων, qui ſe profitebatur hominum mores naturaſque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoſcere. vide Μετωποσκόπος.

Φυσιολογῶ, ὡ, de natura diſputo, phyſica ratione oſtendo: Nazan. in Orat. ἐγὼ τὸν ἡμέτερον τούτῳ φυσιολογήσω, filij generationem velut naturæ eius interpres expediam: phyſica ratione oſtendā. vnde περὶ πάντων φυσιολογεῖσθαι, de omnibus naturam ſcrutari. Ariſtot. in 1. Metaphyſ. φυσιολογῶ, τὸ φυσιογνωμονῶ, i. e naturæ habitu iudico: naturam cuiuſque ex forma perſpicio. φυσιολογεῖν, naturas conijcere, naturam obſeruare.

Φυσιολογία, phyſica diſciplina, ſtudium naturæ indagandæ, ἡ περὶ τῆς φυσικῆς πραγματείας διέξοδος, Philopon. Cic. 1. de Diuin. Qui & naturæ rationem, quam φυσιολογίαν Græci appellant, notam eſſe ſibi profitebatur εἰς φυσιολογίαν μεγάλη ἐπίδοσις, in contemplāda cognoſcendaque rerum natura excellens prudentia, Plut. in Pericle.

Φυσιολόγος, naturæ explorator, naturæ interpres. Theophr. hiſtor. lib. 3. cap. 2.

Φυσιόω, μ. ώσω, π. ωκα. inſlo, anhelo, ſufflo, πνέω, ἀσθμαίνω, Heſyc. Laſcaris, de tele, & in Epigr. Act. Accuſ. Et φυσιοῦσθαι Apoſtolo, i. ſuperbire, inflari. ἐπαίρεσθαι, τυφοῦσθαι.

Φύσις, εως, ἡ, natura, potentia rei innata, ingenium & indoles, virtus, natiuitas, natales, naturæ habitus, naturæ mores, propoſitum, γένεσις, genus, gens, Dionyſius de ſitu orbis. ἀιδίου φύσις. Plat in Timæo, æterna natura, æternitas Cicer. Philo de mūdo, τὴν δὲ φύσιν ἀπέτεινεν ὁ θεὸς τῇ φυτοῖς πολυχορίας ... Deus ſtirpibus tribuit cùm ex pluribus facultatibus attemperatam, tum verò altrice & genitrice φύσει καὶ ... ſitu munitus. οἱ φύσει ἀσθενεῖς ... quorum natura ita comparata eſt vt infirmo ſint corpore φύσιν ἔχειν, vis ingenij, Thucyd. ... an ſis aptus natus ad verba facienda. Ariſtoph. τῇ φύσει, per naturam, Xenoph. τὸ φύσει ..., ordine naturæ ponus. Ariſtoph. in organo. ſic Cicero exponit φύσιν ἴσην, natura æqualis. Ariſtot. in Polit. φύσιν ἴσχει, Demoſth. naturæ ſeruat tenorem. φύσιν ποιεῖ, facit vt coeat, id eſt, coaleſcat. κατὰ φύσιν, naturæ ratione, naturæ inſtinctu. κατὰ φύσιν, naturalis. Οἱ περὶ τὴν φύσιν, naturæ interpretes. παρὰ φύσιν, præter normā naturæ, inuita natura. φύσις ἀνθρώπων, hominum captus. φύσις γάλακτος, generatio lactis ſeu ortus, Ariſtoteles in Politic. φύσις, aliquando opponitur priuationi, vt frigiditatem aliquam eſſe natura, non priuationem docet Ariſtoteles lib. 2. capit. 2. de partibus Animal. Φύσις, tranſlatè, ἡ οὐσία, ſubſtantia, in quo ſignificatu ſæpe naturam ſumpſit Cicero: vt 4. de Finib. Omnis natura vult eſſe conſeruatrix ſui. Alibi, Diuiſerunt naturā hominis in animum & corpus. Ariſtot. ... Et 4. Meteor. ... De ſignificatis τῆς φύσεως, Ariſtot. in Metaphyſ. Galenū que Comm. de natura humana. Plin. lib. 14. vini natura non gelaſcit, i. ἡ φύσις οἴνου ... Φύσις accipitur etiam pro pudendis tam virorum quàm fœminarum: quod Latini etiam naturam dicunt, vt Cicero, de Diuin. Plin. naturalia.

Φύσημα, ατος, τὸ, inflatio Plin. τὸ φύσημα. Tranſlatè de arrogantia dicitur, vt tumor animi apud Cicer. Paulus 2. ad Corinth. ca. 12. ψιθυρισμοί, φυσιώσεις, ἀκαταστασίαι, i. inflati animi, ſiue animi tumores. Cic. 3. Tuſcul. Sic igitur inflatus & tumens animus in vitio eſt. Sapientis autem animus ſemper vacat vitio, nunquā turgeſcit, nunquam tumet. Gregor. ... vnde apud Cælium depoſita veſica, id eſt, ſublata arrogantia. vide φύσημα. Heſychio φυσήματα, id eſt, ..., ...

Φῦσκαι, αἱ, φλύκταιναι, veſicula manibus oborta, vt inter remigandū remorum attritu, Comm. Ariſtoph. in Veſp.

Φύσκη, craſſum inteſtinum, aut venter: inteſtinum ex quo farina & carnibus iniectis lucanicæ fiunt, Comm. Ariſtoph. in Equit. Athen. lib. 14. ... vulgò ...

Φυσκίον, veſicula, folliculus, vtriculus. Faba Ægyptia vbi defloruit, φέρει φυσκία ... i. fert folliculos loculis ſimiles, Ruel. veſparum fauis ſimiles profert vtriculos, Marc. lib. 2. Dioſc. c. 131. ſunt qui legant ... vide Κιβώριον.

Φύσκων, ωνος, ventricoſus, obeſus, apud Ioſephum. Suidas ſcribit Pittacum obæſum, ab Alcæo ... appellatum fuiſſe.

Φῦσα, ἡ, folliculus, c. 25. lib. 2. Dioſc. follis. vide φύσα.

Φυσαλίς, ίδος, ἡ, vide φυσαλλίς.

Φύσαλος, ὁ, piſcis quidam apud Ælian. vide φύσαλος.

Φύσανοι, οἱ, fimbriæ, θύσανοι.

Χειμερινός, ἡ, όν, frigidus, turbidus, hybernus, brumalis: vnde αἱ χειμεριναὶ ἀνατολαί, brumales ortus: & αἱ χειμεριναὶ δύσεις, occaſus brumalis. [illegible] per hyemem, Herodot. [illegible], hyeme deteriores. Gaza.

Χειμέριος, ὁ, ἡ, hyemalis, frigus cupiens, hybernus, frigidus. Χειμέριοι loci dicuntur à Theophraſt. hiſtor. libro primo, capite 13. i. hyemales & frigidi, vt hyemales prouincias dixit Plin. Rurſus libro quarto, capite primo, [illegible]. Ariſtoteles ſecundo OEcon. [illegible] χειμέριος. Aliter Hom. Ilia. [illegible], pro [illegible].

Χειμερόχαρτος, ὁ, gaudens algoribus.

Χεῖμα, ατος, τό. frigus. [illegible] Hippocr. vnde apud ipſum [illegible], i. algens, rigens, perfrigerata, [illegible].

Χειμέρινος πυρός, triticum hyberno tempore ſatum, Theoph. l. 4. de cauſ. plant.

Χειμωνόσπορος, ὁ, qui hyeme ſeritur.

Χειμὼν, ῶνος, ὁ, hyems, hybernum tempus, frigus: tempeſtas, procella maris. Exempla frequentiſs. Χεῖος, ὁ, ἡ, prodigus.

Χείρ, ἡ, manus: [illegible], vt volunt etymologiarum ſtudioſi. Genitiuus eſt χειρὸς, & Poeticè χερὸς [illegible], Euſtath. Datiuus χειρὶ & Poeticè χερί. Accuſatiu. χεῖρα, & Poet. χέρα, Euripid. vocat χείρ. Dualis Nominatiu. & Accuſatiu. χεῖρε, vel Poet. χέρε Maſculini generis, idque Atticè, Ariſtophan. Genitiu. [illegible]. Pluralis Nominat. χεῖρες, & χέρες. Genitiu. χειρῶν & χερῶν. Datiu. χερσὶ, & Poet. χείρεσι, vel geminato σ χείρεσσι. Accuſatiu. χεῖρας, vel χέρας. Eſt verò manus ὄργανον [illegible], ait Galenus tertio de vſu part. Veteres, vt Hippocrates, nominarunt χεῖρα, totum brachij membrum, ab humero ad extremos digitos vſque: & quod Latini manum, illi ἄκραν χεῖρα. Sic & Homerus vſurpat Iliad. [illegible]. Rurſus Iliad. [illegible]. Dixit idem ibidem. [illegible]. Et illud χεὶρ ἐπὶ καρπῷ: de quo infra. Galenus hoc ſenſu τὴν ὅλην χεῖρα diuidit in tres partes præcipuas, τὸν βραχίονα, τὸν πῆχυν, & τὸ ἀκρόχειρον, id eſt, τὴν ἄκραν χεῖρα, compoſito nomine, quæ & ἀκροχειρίς. Χεὶρ tranſlatè etiam de Animal. dicitur. Plutarchus in Quæſt. natural. quærit, [illegible] γλυκυτέραν. Lucianus in [illegible] dixit de leone. [illegible]. Et apud Galenum de vſu part. χεὶρ πιθήκου, manus ſimiæ. De elephante etiam χεὶρ dicitur, id eſt προβοσκὶς & [illegible]: de quibus ſuprà. Manus ſimpliciter dicitur à Cic. Pli. & Cur. Χεὶρ etiam eſt inter obſidionalia. Pollux vocat χεῖρας σιδηρᾶς, [illegible] eſſe ait. Apud Diodorm σιδηραῖ χεῖρες, manus ferreæ. Iis iniectis velut harpagone naues detinentur. Lucianus libro tertio, Ferrea dum puppis rapidos manus inſerit vncos. Χεὶρ de arboribus, apud Theophraſtum de hiſtor. libro tertio. Χεὶρ, vt cap. 7. l. 3. Regum. χεῖρες τῶν τροχῶν, exponitur axes rotarum. Χεὶρ, vt Latinè Manus, pro ſcriptura ſiue pictura, & chirographo. Sic dicitur χεὶρ δεξιὰ, manus ſcita, de operibus artificum: vt χεὶρ Πολυκλείτου, Polycleti ſtatua: & χεὶρ Ἀπελλοῦ, Apellis tabula, in Epigramm. [illegible]. Pollux l. 2. Onomaſtici, [illegible]. Ibidem. Hyperides, [illegible], non poteſt ſuam manum inficiari, id eſt, [illegible]. Cicero ad Atticum lib. 11. Quibus tibi videbitur: velim des literas nomine meo: noſti familiares, ſignũ requirent, aut manum: dices iis me propter Cuſtodias ea vitaſſe. Idem libro 4. Occupationum mearum vel hoc ſignũ erit, quod epiſtola, librarij manu eſt. Paulus ad Galat. capite vltim. [illegible] χειρί, id eſt, manu pro ſcriptura, vt apud Cicer. in epiſt. fam. Alexidis manum amabam. Χεὶρ, poteſtas, δύναμις, vis, copiæ, vt apud Poll. χεὶρ [illegible], id eſt, manus bellica, χεὶρ πολεμία, Euripid. in Medea, i. hoſtilis manus. Virg. Æneid. 2. Vel Priamo miſeranda manus. Et, Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi. Quint. lib. 10. cap. 1. Sequitur oratorum ingens manus. Polybius, [illegible] χεῖρες, fortiſſimæ manus, id eſt, copiæ. Soph. [illegible] idem, vi opprimentes. Apud Appian. χεῖρα [illegible], manum copiáſque comparare χειρὶ πολλῇ, ingenti manu, Pollux. Polyb. hiſt. 1. [illegible] χειρὸς ταύτης, his viribus auctus. Herodot. χεὶρ βασιλῆος ὑπερμήκης, id eſt, immenſa regis poteſtas ſiue potentia: quod Ouid. in epiſt. Et neſcis longas regibus eſſe manus. Hom. Il. [illegible] χειρὶ μάλα μεγάλῃ id eſt, magna vi ac robore. Quæ ſignificatio ex idiomate Hebræorum profluit, vt etiam cùm χεὶρ vſurpatur pro conſilio & opera. Sic [illegible] ſumitur in hoc loco Athenagoræ in Apol. [illegible] τὴν χεῖρα τοῦ θεοῦ. Rurſus χεῖρα & γνώμην θεοῦ, ſubiunxit. Χεὶρ apud Trallianum de porci axungia legitur: χεὶρ à χοῖρος prætulerim.

Phraſes. A.

Ἀδίκων χεῖρες, manus violentæ atque iniuriæ, quæ vim afferũt. Quod de atroci verborum iniuria dicitur atque pulſatione, quæ eſt αἰκία. Contrario ſenſu dixit Tacitus libro primo, manibus æquis abſcedere vnde χειρῶν ἀδίκων ἄρξαι, dicitur is qui prior pulſauit, vel laceſſiuit rixam aut bellum concitãs. Demoſthen. [illegible] χειρῶν ἀδίκων, Vter prior percuſſit in conſerendis manibus, id eſt, [illegible], Libanius. Rurſus Demoſthen. [illegible] ἄρχοντος χειρῶν ἀδίκων, Quòd prior egò inter rixandum te percuſſerim. Xenop. Pæd. 1. [illegible] ἀδίκων χειρῶν, id eſt, bello nos laceſſentes. Baſilius, [illegible] χειρῶν ἀδίκων. [illegible]. Ἀκρα χεὶρ, vide ſuprà. Ἀνὰ χεῖρα eſſe dicitur quod expeditum ac in promptu eſt, vt Latinè ad manum, in manibus, & ſub man. Sueton. vnde apud Hermog. ἡ ἀνὰ χεῖρα ὁμιλία, id eſt, familiaris expeditúſque ſermo, ſiue vſitatus & qui ad manum. Dixerat in Nebul. Ariſtophan. [illegible], inquit Interpr. [illegible] ἀνὰ χεῖρα [illegible], id eſt, familiarem & quem ad manum habemus ſermonem vſurpauit: conſueto vulgarique dicendi genere vſus eſt. Aliter verò capite 15. lib. 2. Reg. Ἀνὰ χεῖρα [illegible]: Interpr. iuxta eum ambulabant. Manus efferre atque attollere, id eſt, ἀνασχεῖν ſiue ἀνατεῖναι τὰς χεῖρας: geſtus eſt ferire volentis, aut gaudentis admirantiſve, aut præcantis, aut etiam ſciſcentis ſuffragióque ſuo comprobantis. Homer. in pugilatione Vlyſſis cum Iro, Odyſſ. σ, [illegible] χεῖρας ἀνέσχον Et pauló pòſt, [illegible], vbi ἀνασχεῖν ſiue ἀνασχέσθαι eſt ἀνατεῖναι [illegible], manus efferre plagæ inferendæ gratia. Sic & Virgil. 5. Æneid. de pugilatu inter Daretem & Entellum, Conſtitit in digitos extempló arrectus vterque, Brachiaque ad ſuperas interritus extulit auras. & infrà, Oſtendit dextram inſurgens Entellus, & alte Extulit. De gaudio, & admiratione: Homer. Ibid. [illegible] χεῖρας ἀνασχόμενοι [illegible]. Horat. Satyra 9 libro 1. Importunus amat laudari, donec ohe iam Ad cælum manibus ſublatis, dixerit, &c. Catullus, Admirans ait hæc, manúſque tollens, Dij magni, ſalaputium diſertum. Cic. in epiſt. ad Cæſarem lib. 7. Suſtulimus manus ego & Balbus: tanta fuit opportunitas, vt illud neſcio quid, non fortuitum, ſed diuinum videretur. Et in Lucullo, Hortenſius autem vehementer admirans, quod quidem perpetuò Lucullo loquente fecerat, vt etiam manus ſæpe tolleret, &c. Liuius lib. 24. Ad quam vocem cum clamor ingenti alacritate ſublatus eſſet, ac nunc complexi inter ſe gratulantéſque, nunc manus ad cælum tollentes, bona omnia populo Roman. Gracchóque ipſi præcarentur. Exemplum verò precantium, Ariſtophanes in Auibus, [illegible] τὰ χεῖρε. Et Iliad. β, [illegible]. Virgilius Æneid. 1. Ingemit, & duplices tendens ad ſidera palmas Talia voce refert. Et in 2. Et cælo palmas cum voce tetendit. Quod dixit aliter Hom. Il. [illegible]. Rurſus iliad. [illegible] χεῖρας [illegible]. Ariſtotel. de mundo, [illegible] τὰς χεῖρας: [illegible], Precantes, manus in cælum ſuſtulimus: quod & ait Xenoph. 6 Pæd. vide infrà [illegible] τὰς χεῖρας. Suffragationis ſignificatio manus extentione fiebat. vnde & χειροτονία dicta eſt, & χειροτονεῖν ſuffragari: Qui mos vſitatus erat in

approbandis ſcitis populi,& creãdis magiſtratibus,vt in Antiquitatum libris perſcripſimus. Xenoph. Ἀναβάσεως 3. Καὶ ὅτῳ δοκεῖ ταῦτ᾽ ἔφη, ἀνατεινάτω τὴν χεῖρα· καὶ ἀνέτειναν ἅπαντες: Cui hæc,inquit,placent, is porrigat manum: & porrexère omnes. Cicer. in Orat. pro Flacco, Data concio Lætio eſt, proceſſit ille, & Græcus apud Græcos non de culpa ſua dixit, ſed de pœna queſtus eſt. Porrexerunt manus, pſephiſma natum eſt. Ibid. Sic ſunt expreſſa iſta præclara quæ recitantur pſephiſmata, non ſententiis, neque authoritatib. declarata, nec iureiurando conſtricta: ſed porrigenda manu, profundendóque clamore multitudinis concitatæ. Vopiſcus in Aureliano. Deinde aliis manus porrigentibus, aliis pedibus in ſententiam euntibus, pleriſque verbo conſentientibus, conditum eſt ſenatuſconſultum. vide Χειροτονία. Αἴρειν τὰς χεῖρας, idem eſt quod vltimò diximus ἀνατείνειν τὰς χεῖρας, nempe χειροτονεῖν, ſciſcere atque ſuffragari, quod manus porrectione fiebat, vt earundem impoſitione, id eſt, τῇ ἐπιθέσει τῶν χειρῶν in ſacris literis. Ariſtophan. in Concion. ὅτῳ τρόπῳ Τὰς χεῖρας αἴρειν μεμνημέναι δεήσει νῷν; Quo verò modo Porrigere noſtras meminerimus illic manus? Addit mox, Χαλεπὸν τὸ πρᾶγμα· ὅμως δὲ χειροτονητέον Ἐξωμισάσαις τὸν ἕτερον βραχίονα: Difficilis eſt res, porrigendæ ſed manus, Nudato ad humeros vſque brachio altero. Ἀνταίρειν τὰς χεῖρας (quæ phraſis ex hebræo fluxit,) id eſt, repugnare, obſiſtere ac reniti: quaſi dicas, manus contra tollere ac leuare quod ex commiſſione gladiatorum vel pugilum transfertur. Syneſius, οὐκ ἀνταίρουσιν, ἀλλ᾽ ἱκετεύουσι, non repugnant, ſed ſuppliciter deprecantur. Thucyd. l. 3. Οὔτε χεῖρας ἀνταιρομένους, οὔτε πολεμίους. Et Herodotus in Polymnia, Ἔστι δὲ οὐδὲν ἄλλο ἔθνος ἀνθρώπων, τὸ σοὶ βασιλεῦ ὑπομενέει χεῖρας ἀνταειρόμενον: Nulla alia gens eſt, quæ tuam vim ſuſtinere, aut tibi queat obſiſtere. Quod ſic, diuerſo nonnihil loquendi genere, extulit Lucret. lib. 1. de Epicuro loquens, Primùm gravis homo mortales tollere contra Eſt oculos auſus, primúſque obſiſtere contrà: Quod eſt ἀνταίρειν τοὺς ὀφθαλμούς. Ἀπὸ χειρὸς, manu. Homer. Iliad. μ, Ἔβαλεν ἐν φαεινῷ, Λᾶς ἀπὸ χειρὸς ἀφέντα. Lucianus de componenda hiſtor. Καὶ ἀπὸ χειρὸς αὐτὸς μεγάλα καὶ λαμπρὰ ἐν τῷ πολέμῳ τούτῳ ἐργασάμενος, qui & ipſe magnas & præclaras res in eo bello geſſiſſet manu ſua.

Δ.

Δεξιὰ χεὶρ, ſuprà annotatum eſt. Ariſtoph. Τὴν χεῖρα δός μοι τὴν δεξιάν, dextram mihi porrige. Dextra verò dabatur opis cauſa, & fidei: vt apud Quintilianum, dare manum puero. Virgil. 7. Æneid. Da dextram miſero. Et in 3. Ipſe pater dextrã Anchiſes, haud multa moratus Dat iuueni, atque animum præſenti pignore firmat. vnde eſt apud Paul. δεξιὰς ἔδωκαν ἐμοὶ καὶ Βαρνάβᾳ κοινωνίας, id eſt, Dextras dederunt mihi ac Barnabæ ſocietatis. quod ſymbolum erat conſenſionis fidei atque beneuolentiæ. vide infrà in Χ. Διὰ χειρὸς, in manu, vel in manibus: vt apud Virgil. In manibus terræ. Cicer. ad Attic. Res eſt in manibus. Et quod de Seneƈt. dixit, Eſt in manibus laudatio: Gaza, διὰ χειρὸς ἡμῖν ὁ ἐγκώμιον. Διὰ χειρὸς ἔχειν, in manu habere, id eſt, tractare, tenere. Cicero ad Attic. Ex iis libris quos in manus habeo. Idem de Senectut. eã fabulã quam in manibus habebat. Rurſus 2. Vertinar.] Quam nunc ſpem habeat in manibus, & quid moliatur, breuiter iam Iudices, exponam. Ariſtotel. διὰ χειρὸς ἔχειν πολιτείαν dixit in Polit 1. Rempub. procurant atque tractant, ſolicitique ſunt de eius cuſtodia. Plutar. in Peric. διὰ χειρὸς ἔχειν τὴν πόλιν, adminiſtrare ciuitatem. Thucyd. l. 2. Τά τε τῶν ξυμμάχων διὰ χειρὸς ἔχειν. Lucianus, ἃ διὰ χειρὸς ἔχεις, in manibus habes & verſas. Et vt Cicer. dixit in epiſt. ad Lentul. de Vatinio, Inimicum meum, &c. ſic amplexabãtur, ſic in manib. habebãt, ſic fouebãt, ſic me præſente oſculabãtur, &c. Ita & Ariſt. in Veſp. αὐτὸς δ᾽ ὁ Κλέων ὁ Κεκραξιδάμας, μόνους ἡμᾶς οὐ περιτρώγει. Ἀλλὰ φυλάττει διὰ χειρὸς ἔχων, καὶ τὰς μυίας ἀπαμύνει, Nos ſolos non reddit, ſed obſeruat fouétque in manibus habens ac retinens, id eſt, κατέχων. Theophr. hiſtor. plantar. lib. 4. cap. 5 διὸ καὶ ὅπου ἵππους, τούτους ἐφύλαττον διὰ χειρός, id eſt, manibus retentos ſeruabant, non permittebant ſolutos in paſcuis euagari. Διαχεῖν τὰς χεῖρας ἐν μέσῳ, manus interponere, ſeparare atque dirimere. Polybius lib. 4. Plut. in Simone, Ἀλλ᾽ ἀποστάντες ὑπὸ δημαγωγῶν καὶ πολεμοποιῶν ἐπ᾽ ἀλλήλους, οὐδενὸς τὰς χεῖρας ἐν μέσῳ διαχέοντος συνεῤῥάγησαν εἰς τὸν πόλεμον: Sed verſi à plebis capitibus, & bellorum cupidis contra ſeſe, cùm nemo iam manus interponeret, neque rixas dirimeret, commiſſi tanto bello fuerunt.

Ε.

Εἰς vel ἐς χεῖρας, in manum: vt apud Terent. in manum dare. Ariſtoph. in Neb. Ἐς τὰς χεῖρας νῦν δίδωμι μακαρίτας. Thucydid. l. 4. διδόναι αὑτὸν ἐς χεῖρας, Alterius ſe poteſtati committere. Εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, id eſt, congredi, conſerere: & ad verbum, venire ad manus. Cic. 7. Verr. Nonnunquam etiam ea res ad manus atque ad pugnam veniebat. Thucydid. libro 4. βουλόμενοι ἐς χεῖρας ἐλθεῖν, congredi cupientes. Xenop. dixit Pæd. l. 2. Εἰς χεῖρας συμμίξαι τοῖς πολεμίοις. Polybius libro primo, συνῆψαν εἰς τὰς χεῖρας, manus conſeruerunt. Et libro 2. συμπλέκεσθαι τὰς χεῖρας. Dicitur etiam pro eodem Εἰς χεῖρας ἰέναι, prælium inire manúſque conſerere. Thucyd. lib. 4. Ἀντεπεξελάσαντες δὲ καὶ τῶν Ἀθηναίων ἐς χεῖρας ᾔεσαν, Inuecti contrà & Atheníenſium equites congrediebantur, id eſt, ad manus veniebant. Idem lib. 2. Περιϊόντες ἐν τῷ ἄλσει ᾔεσαν ἐς χεῖρας ὑπὲρ τοῦ τείχους, ibant conſertum manus. Quo vtitur & Plut. in Themiſt. Item Procopius, Ἐπεὶ οἱ ἐν τῷ βουλευτηρίῳ εἰς χεῖρας ἰέναι τοῖς πολεμίοις. Cum hoſtib. manũ conſerere. Aliter etiam accipitur Εἰς χεῖρας ἰέναι. Eſt enim apud Thucyd. Ἐς χεῖρας ἰέναι poſitum, pro εἰς ὁμιλίαν καὶ δεξίωσιν φιλικήν. In congreſſu enim beneuolentiæ ſymbolum eſt manus porrectio: manus iungere dixit Statius. Vnde pro congredi & coràm agere ita poſuit Polyb. Μετὰ δέ τινας ἡμέρας Φιλοποίμενα ἐλθόντες εἰς τὰς χεῖρας τῷ Σωσιβίῳ διὰ τὴν ἐντευξιν, i. in ſermonem veniẽs, vt loquitur Cicer. ſiue in colloquium. Εἰς χεῖρας ἄγεσθαι, in manus ſumere, vel in manu ſumere, apud Cic. Herodot. in Clio, Αὐτὸς γὰρ δοκέω θείῃ τύχῃ γεγονὼς τάδε ἐς χεῖρας ἄγεσθαι, Videor mihi virgula diuina in lucem editus hæc in manus ſumere, i. conari atque aggredi. Εἰς χεῖρας φέρειν, offerre atque exponere. Polybius, εἰς τὰς χεῖρας ἔφερον τὰς ὀρχομένων πολεμικὰς. Ἐς χεῖρας δέξασθαι, Xenoph. Ἑλλην. l. 2. primũ hoſtium cõgreſſum impetumque ſuſtinuerunt. Εἰς χεῖρας λαμβάνειν, in manus ſumere: vt ſuprà in Ἄγεσθαι. Euripid. in Hecuba, καὶ γὰρ αἰχμάλωτα φέρει Πρίαμος ἐς χεῖρας λαβεῖν ἀνακτορικά. Xen. Ἀναβ. 1. Καὶ ἀναβὰς ἐπὶ τὸν ἵππον, τὰ παλτὰ εἰς χεῖρας ἔλαβε: Cyrus cõſcenſo equo tragulas in manu ſumpſit. Plut. in Galba, λαβεῖν εἰς χεῖρας τὰ ἱερεῖα τὰ σπλάγχνα, victimæ exta in manus ſumere. Εἰς χεῖρας τιθέναι, in manus imponere. Plaut. in Bacchid. vbique imponat in manum, alius mihi pro ceſtu cantharum. Hom. dicit ἐν χείρεσσι τίθει: Et χερσὶν ἔθηκε. Herodo. in Clio, Ἔδωκε δὲ Κροῖσος ἐς τὰς χεῖρας ἐδίδου τῷ ἑωυτοῦ παιδὶ χρᾶσθαι. Cic. verò dicit de manu in manum, quod Cæſar per manus, quódque διὰ χειρῶν μεταδίδοσθαι, vel ſimpliciter διὰ χειρῶν Græci, & nos vulgò de main en main. Ἐκ χειρὸς, de vel è manu. De manibus autem aliquid elabitur, vt in metu. Iliad. λ. ἐκ γὰρ σφεας χειρῶν φύγον ἡνία σιγαλόεντα. Elapſum autem ſtatum Reipub. de manibus, ait Cic. ad Attic. li. 1. Fugit verò aliquis è manibus, ne detineatur, vt pro Cælio. Ἐκ χειρὸς βοηθεῖν τοῖς πράγμασι dixit Polyb. pro ſub manu rebus ſuccurrere, vel ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ἐκ τοῦ παραυτίκα, ut exponit Suid. Idem dixit ἐκ χειρὸς ἔχεσθαι τῶν προκειμένων, i. rem propoſitam inſtãter & manu vrgere. Ἐκ χειρὸς, pro cominus, pro quo etiam ad manum Latinè interdum ponitur, i. de proximo Plaut. Vitruu. Alia enim ad manum ſpecies eſſe videtur, alia in excelſo. Pli. l. 35. c. 10. ad manum intuẽti demũ appareret. Rurſus vitia animorum ad manum aſpicerẽtur. Xen. Pæd. 1. de armatura Perſica, Καὶ παλτὰ δύο, ὥστε τὸ μὲν ἀφιέναι, τῷ δ᾽ αἰ δέῃ, ἐκ χειρὸς χρῆσθαι, Duas geſtãt amẽtatas haſtas: vnam quam eminus cõiiciant: alterã quam cominus, ſi res ita ferat, & ad manum vtãtur: alij conſertis manibus. Ἐκ χειρὸς etiam aliquid fieri dicitur quod nõ lõga ſed breui manu fit, quod coràm, in præſentia atque cõgreſſu. Polyb. l. 5. Ἵνα τὸ κοινολογίας ἐκ χειρὸς γενομένης, vt corã habito colloquio, ſiue communicata re in præſentia atque cõgreſſu. Idem l. 1. Ὥστε παῖσαι ἐκ χειρὸς συγχωρήσαντας δοῦναι αὑτοὺς εἰς τὴν πίστιν. Statim congreſſos ad vnum deditionem feciſſe ſignific. Ἐκ χειρὸς etiam quid fieri dicitur, quod manu fit. Ariſt. ἐκ χειρὸς διεσπάσαν, manibus diſcerpſerunt. Et Soph. in Aiace, cum Vlyſſes narrat, pecudes repertas eſſe vniuerſas manu cæſas, ait: Εὑρίσκομεν γὰρ ἀρτίως ὀλωλυίας Λείας ἁπάσας καὶ κατηναρισμένας ἐκ χειρός. Ἐκ χειρὸς & ἐν χερσὶ rurſus de conflictu & cõgreſſu militari dicitur, cum nõ eminus miſſilibus, ſed cominus gladiis cõſertiſque manibus res geritur: quod manibus prælium facere dicunt Latini, i. ἐκ χειρὸς μάχεσθαι. Interpres Thucyd. ἐν χερσὶ τῆς μάχης γενομένης, i. ait, συνελθόντων ὁμοῦ, καὶ ἐκ χειρὸς μαχομένων καὶ οὐ τοξευόντων ἢ λιθοβολοῦντας καὶ σφενδονῶντας. Dixit Ouid. pugnare manu. Saluſt. in Iugurtha. Romani pro ingenio quiſque, pars eminus glãde aut lapidibus pugnare, alijs ſuccedere, ac modò murum ſuffodere, modò ſcalis aggredi, cupere manibus prælium facere. Plut. in diſputatione, vtrum Athenienſes virtute an ſapiẽtia præſtiterint, Ἐκεῖνοι γὰρ ἐν τῷ θεωρεῖν ... ἐκ τῶν χειρῶν ἐκπεσόντος, victore in cõflictu Epaminõda. Ἐκτείνειν τὰς χεῖρας, manum extẽdere. Trãſlatè dixit Polyb. hiſtor. libr. 1. Ἐθάῤῥησαν ἐπὶ τὰ λοιπὰ τὰς χεῖρας ἐκτείνειν, auſi ſunt ad reliqua manum extẽdere, i. reliqua inuadere, iiſque manum iniicẽre. Ἐν χερσὶ, in manib. Homer. Il. ψ, ἐν χείρεσσι τίθει Μενελάῳ: vbi de equo manu dato in manum Menelai agitur. Herodot. in Clio, Ἔχοντι δὲ αὐτῷ ἐν χερσὶ τὸν γάμον τοῦ παιδὸς, id eſt, Cum tractaret haberetque in manibus filij nuptias. Ἐν χερσὶ etiam dicitur, vbi manus cõſeruntur ac cõfligitur. Thucydid. libr. 3. οὓς ὑμεῖς ἐν χερσὶν ἀπεκτείνατε quos in conflictu occidiſtis, i. ἐν συμβολῇ καὶ συμμίξει. Idem l. 4. Καὶ ἦν ἡ μάχη καρτερὰ, καὶ ἐν χερσὶ πᾶσα, Erat acre prælium, res tota in manibus

bus erat, id eſt, prælium manu fiebat, καὶ ἐν χερσὶ ἐμάχοντο. vide ſuprà. Ibidem Δεξαμένων δὲ τῶν Ἀθηναίων, ἐν χερσὶ τῶν πλείστων ἡ μάχη. Rurſumque Athenienſibus impetum aliorum excipientibus manus conſerebantur. Homerus Iliad. ν, ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ, id eſt, Pugna manus poſcit, foro ſunt ſermonibus apta. Virgil. Æneid. 10. In manib. Mars ipſe viris. Ἐπαίρειν χεῖρα, ſublata manu ſe victum fateri, dare manus, Horat. Ἐπαίρειν δὲ ἀμφοτέρας τὰς χεῖρας, vide Ἐπαίρω. Ἐμβάλλειν τὴν χεῖρα, manum porrigere. Ariſtophanes in Veſpis, κἂν τοῦτ' ἔδῃς ὁ ἀρχιθέωρος ἐμβάλλει καὶ τὴν χεῖρ' ἀπαλάλῳ, τῷ δ' ὑμετέρῳ κελεύω. Comm. ὁ ποιητὴς, inquit, ταῖς διὰ σέ, οἱ θεωροῦντες τούτων τοὺς χεῖρας ἐφαπτόμενοι τῆς χειρὸς ἐν τῷ ἀσπάζεσθαι, &c. Ἐπιβάλλειν τὴν χεῖρα, manum inijcere, Cicer. Polyb. libro quinto, Ἐτόλμησε ἐπιβαλεῖν τὰς χεῖρας Μεγαλέᾳ, Auſus fuit manus inijcere Megaeli. Ibidem, ἐπιβάλλειν τὰς χεῖρας τοῖς κατὰ τὴν αὐλὴν συγγενέσι πράγμασι. vide Ἐπιβάλλω. Ἐν χερσὶ νόμῳ. Eſt verò χειρὸς ſiue πολέμου νόμος, ius belli, quo ex iure manu cõſertum victor victum interimit, ſpoliat, agitque pro animi arbitratu: vnde ἐν πολέμου νόμῳ ſiue χειρῶν mori dicitur, qui in conflictu & collata manu perit. Et qui hoſti parcit, ius belli abſtinere dicitur. Tit. Liuius initio operis, Iam primum omnium ſatis conſtat, Troia capta in cæteros ſæuitum eſſe Troianos: duobus Æneæ, Antenoríque & vetuſti iure hoſpitij, & quia pacis reddendæque Helenæ ſemper authores fuerant, omne ius belli Achiuos abſtinuiſſe. Ioſephus, ἀεὶ ἀλόντας, Καλὸς ἐν πολέμῳ θνήσκειν, ἀλλὰ πολέμου νόμῳ ὑπὸ τοῦ ἑλόντος τῶν κρατησάντων. Polybius, ἐν χειρῶν νόμῳ διέφθειρε τὸν τύραννον, ex iure belli manu conſertum tyrannum interfecit: vi manúque trucidauit, vt in bello fit conſerta pugna. Idem, τοὺς μὲν αὐτῶν κατὰ τὰς ἐκ τῶν κινδύνων ἐν χειρῶν νόμῳ διέφθειρεν, Illos quidem in ipſo prælij diſcrimine & conflictu interemit. Idem libro primo, τοὺς δὲ πολεμίους οὓς μὲν κατὰ τὸν ἀγῶνα, οὓς μὲν ἐν χειρῶν νόμῳ διέφθειρε, οὓς δὲ ζωγρίᾳ παρὰ πάντας ἀναχθέντας ὑπεβάλλετο τοῖς θηρίοις, id eſt, in pugnæ congreſſu & conflictu. Herodotus in Vrania, Ἀπὸ γὰρ ἴσου ὅπου τις ἐλθόντες ἀπεῖπον ὡς ταῦτα διαφθείρονται, καὶ ἐν χειρῶν νόμῳ ἀπολλύμενοι, ἐς τῶν ἀσθενεστέρων ἀποβάντων, qui ex conflictu hoſtiles manus euaſiſſent. Ibidem dixit, Πρὶν γὰρ ἐς συμμίξαι ἡμέας, ἐς χειρῶν τε νόμον ἀπικέσθαι, priuſquam congreſſi manus conſeramus, belli iure agamus commiſſa pugna. Dicitur etiam ἐν χειρῶν νόμῳ ἀμύνασθαι. Quod ſic expreſſit Saluſt. Exiſtimans Adherbalem dolore permotum iniurias ſuas manu vindicaturum. Æſchines contra Timarchum, φυλακτέον δὲ τοὺς μὲν ὀλιγαρχικοὺς καὶ τοὺς τὴν αὐτῶν πολιτείαν πολιτευομένους, τοὺς ἐν χειρῶν νόμῳ τὰς πολιτείας καταλύοντας. Cauendos eſſe ait, qui nõ ex fori iure, ſed belli manúque conſerta, vi nempe & armis pro libidine Reipub. ſtatum labefactant. Polybius libro ſecundo, Ἐν δὲ τούτῳ τῷ καιρῷ συνέβη Γάιον τὸν ὕπατον παραβόλως ἀγωνισάμενον, ἐν χειρῶν νόμῳ τελευτῆσαι τὸν βίον, Per id tempus autem accidit quod Caius conſul temerè cum hoſte congreſſus, in prælio hoſtis manu vitam finierit. Idem libro tertio dixit, τὰς τῆς πολιτείας ἐλπίδας μεταλλάξαι τὸν βίον, ἐν χειρῶν νόμῳ. Rurſus de bello Cannenſi loquens, πληγαῖς βιαίαις πλείοσι, ἐν χειρῶν νόμῳ μετήλλαξε τὸν βίον, violentis plagis deiectum atque vulneratum in prælio hoſtis manu vitam cum morte commutaſſe. Apud Suid. vbi, Ὁ δὲ χειρῶν νόμον δέχεται, ἔπεται πληθύ, id eſt, epiſtol. recipit in ipſo belli congreſſu. ſed ἐν extritum eſt librarij culpa. vide Χειροδίκης. Ἐν χερσὶ, in manu: apud Theognid. τὴν δ' ἐπὶ χερσὶ ἔχεις. Matth. 4. & Pſalm. 91. ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, in manib. tollent te ſiue geſtabunt (nam in manus, vel ſuper manibus minus rectè dicitur) id eſt, Liuio, in manu & tutela te habebunt.

I. K.

Ἰάματα χεὶρ, vide Ἰάσιμος. Κατὰ χειρὸς ὕδωρ, vide Ὕδωρ. Κοιναὶ χεῖρες, manus profanæ Claud. vel profanatæ Ouid. à quo & pollutæ, manibus puris opponuntur apud Horatium. Marci cap. ſeptimo, κοιναῖς χερσὶ τοῦτ' ἔστιν ἀνίπτοις, manibus profanis, hoc eſt, illotis. Κύσαι τὰς χεῖρας, manus oſculari, quod & φιλεῖν dicitur. Homerus de Priamo Iliad. ω, ἀλλ' ἄγχι στὰς Ἀχιλῆος λάβε γούνατα, καὶ κύσε χεῖρας. Ibidem Vlyſſes Dolij dexteram oſculatur, Δολίος δ' ἰθὺς κίε χεῖρε πετάσας ἀμφοτέρας: Ὀδυσσεῖ δὲ λαβὼν κύσε χεῖρ' ἐπὶ καρπῷ. Plutarch. in Catone Vtic. Ὑποπτεύοντες τὰ ἱμάτια τοῖς ποσὶν, ἐβαδίζον, καὶ κατεφίλουν τὰς χεῖρας. Quod dare oſcula manibus dixit Ouid. 2. Metamorphoſ. Corn. Tacitus de Nerone, libro 15. Agere grates deis, ornare lauro domum, genua ipſius aduolui, & dextram oſculis etiam fatigare. Oſculabantur etiam caput, humeros, & oculos. Odyſſ. φ, Καὶ κύνεον ἀγαπαζόμενοι κεφαλήν τε καὶ ὤμους, Ὡς δ' αὔτως Ὀδυσεὺς κεφαλὰς καὶ χεῖρας ἔκυσεν. Et lib. π, Κύσε δέ μιν κεφαλήν τε καὶ ἄμφω φάεα καλά. Cicero ad Tyronem, Tuoſque oculos, etiã ſi te veniens in medio foro videro, diſſuauiabor. Catullus ad Veran. applicanſque collum, Iucundum os, oculóſque ſuauiabor. Idem, Et dulcis pueri ebrios ocellos Illo purpureo ore ſuauiata. Κατὰ χεῖρα ποιεῖν, Ælianus in epiſtol. facere ſub manu, Sueton. id eſt, promptè, atque expeditè. Κατὰ χεῖρα, ad manum, prompta, parata. Heſychius, ἐπὶ χεῖρα, ἑτοίμη, ἔτι χερσὶ: ὁ ἐπὶ τῷ χεῖρας (ſeruus ad manum, id eſt, amanuenſis) καὶ εἰς πάντα χρῆσιμος ἐπιστολεύς. Sic apud Ciceronem in Ora. Seruus ad manum, id eſt, quem præſto paratumque habens: vt apud Liuium lib. ſeptimo, cantare ad manum, pro in promptu & in præſentiâ, conſq. Κόπτεσθαι χερσὶ τὴν κεφαλὴν ἢ τὰ στήθη, ſimulque adiuncta hoc loco dicenda ſunt propter rei connexionem, ne alibi ſæpiúſque inculcanda ſint. Luctus autem mœroriſque ſigna ſunt, Caput manibus percutere, Puluere conſpergere, capillos vellere, Veſtem ſcindere, Pectus vel femur pulſare frontémque ferire. Homerus Iliad. χ, Ὤμωξεν δ' ὁ γέρων κεφαλὴν δ' ὅγε κόψατο χερσί. Et Odyſſ. ν, Στήθος δὲ πλήξας κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ. Pectora manu percutere vel ferire dicunt Latini, vt Virgil. Æneid. Ouid. 3. Triſt. Eleg. tertia. Rurſus Iliados σ, Ancillæ Achillis audito de nece Patrocli nuncio, Δμωαὶ δ' ἃς Ἀχιλεὺς ληΐσσατο Πάτροκλός τε Θυμὸν ἀκηχέμεναι μεγάλ' ἴαχον, ἐκ δὲ θύραζε ... χερσὶ δὲ πᾶσαι Στήθεα πεπλήγοντο. Ouid. indignis percuſſit pectora palmis. 10. Metamorphoſ. Et in epiſtol. adductis ſonuerunt pectora palmis. Seneca Troad. ferire pectora palmis. Statius Syluar. libro quinto, pectora planctu Concutere. Diuerſum quod apud Plautum, in Mil. glor. Cogitans pectus pultat cor credo euocaturos foras. De coma, habes Odyſſ. κ, Ἐζόμενοι δὲ κατ' αὖθι γόων, τίλλοντό τε χαίτας. Et in Iliade, προθελύμνους ἕλκετο χαίτας: Quo ſenſu, Lacerare comas dixit Seneca, & Lacerare crinem, in Hippolit. Laniare comas Ouidius quarto Metamorphoſ. & ſcindere crines. Eſtque apud Virgilium Æneid. 9. ſciſſa comas. Martialis Epigramm. libro ſecundo, Et dextra pectus pulſat, & comam vellit. Idem libro quinto, Pectúſque pulſans pariter & comam vellens. De pulueris aſperſione: Laertes Odyſſ. ω, Ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν Χεύατο κὰκ κεφαλῆς πολιῆς, ἁδινὰ στεναχίζων. Rurſus Iliad. σ, Achilles Ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν Χεύατο κὰκ κεφαλῆς, χαρίεν δ' ᾔσχυνε πρόσωπον. vbi &, φίλῃσι δὲ χερσὶ κόμην ᾔσχυνε δαΐζων. Virgilius in decimo, Canitiem immundo deformat puluere. Catullus carm. de nupt. Pelei & Thetid. Canitiem terra, atque infuſo puluere fœdans. Dicitur etiam βάλλειν χοῦν ἐπὶ τὴν κεφαλήν. vide Χοῦς. De ſciſſura veſtium, frequens eſt mentio in ſcriptura. Ouidius quarto Metamorphoſ. Deplanxêre domum ſciſſis cum veſte capillis. Et apud Virgilium, it ſciſſa veſte Latinus. Poſtremo de frontis femoriſque percuſſione: Dionyſius Halicarnaſſeus hiſtoriæ libro decimo, Παίοντες τὰ μέτωπα, καὶ κατασπῶντες τὰς ὄψεις ποιοῦντες. Cicero in Bruto, Nulla perturbatio animi, nulla corporis: frons non percuſſa, non femur. Idem ad Attic. libro primo, Puto te in hoc aut riſiſſe, aut ingemuiſſe, vt frontem ferias. Iuuenalis Satyra 13. Plana faciem contundere palma. Lege in Ξ. Homerus Iliad. μ, ὣς ἔφατ' ὤμωξέν τε, καὶ ὣ πεπλήγετο μηρὼ Ἄσιος Ὑρτακίδης. Et Alibi, καὶ ὣ πεπλήγετο μηρὼ Χερσὶ καταπρηνέσσι.

M. O.

Μετὰ χεῖρας, in manibus, ſeu inter manus, vt hoc, Ante oculos, interque manus ſunt omnia veſtra. Apud Ciceronem inter manus efferri è conuiuio. Cæſar. de bel. ciuil. 2. Atque hac agger inter manus proferebatur. Herodotus in Polymnia, Ταύτην τὴν στρατηλασίην ἡμεῖς τὸ κάρτα εἴχομεν μετὰ χεῖρας: Habuimus in manibus expeditionem hanc vehementer, id eſt, tractauimus. Gaza de Senectute, Μετὰ χεῖρας ἐμοὶ βιβλίον τὸ ἕβδομον quod Cicer. Septimus liber eſt mihi in manibus. Apud Homerum Odyſſ. χ. μετὰ χερσὶν ἔχουσα, id eſt, verſabat in manibus. Ὀρέγειν χεῖρα, manum porrigere. Tranſlatè dixit Xenophon Hellinic. 5. Καὶ τὰ ἐν Παγγαίῳ χρύσεια, χεῖρα ἂν αὐτοῖς ὀρέγοι: Auri in Pangæo metalla manum illis porrexerant, id eſt, acceſſerint.

Π.

Παρασχεῖν τὰς χεῖρας, vide Παρέχω. Παρασχεῖν τὴν χεῖρα, manum præbere, dare ſiue porrigere auxilij gratia. Euripides in Hecuba, παράσχες χεῖρα τῷ πεσόντι. Plutarchus in Sylla, τοῖς ἄρχουσι παρέχειν τὰς χεῖρας, dixit, pro ducib. ſubſcribere. vide ſuprà διδόναι τὴν χεῖρα, πρόχειρος. Παραφέρειν τὴν χεῖρα de manus geſtu atque brachij porrectione dicitur. Cicer. de Orat. Itaque ſe purgans iocatur Demoſthenes: negat in eo poſitas eſſe fortunas Græciæ, huc an illuc manum porrexerit. Dixerat Demoſthen. Πάνυ γὰρ ἄξια τοῦτ' (ὦ ἄνδρες) γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα, εἰ τουτὶ ῥῆμα, ἀλλὰ μὴ τουτὶ διαλεχθῶ ἐγώ, ἢ δευρὶ τὴν χεῖρα, ἀλλὰ μὴ δευρὶ παρενέγκω. Πεντόζος χεὶρ ab Heſiod. dicitur, quia manus in quinque digitos velut ramulos diuiſa eſt. Περὶ χεῖρα φέρειν, circum manum geſtare, vt fertur περιχείριον, id eſt, armilla vel ſpinter. Polyb. libro ſecundo de Gallis ψελιοφοροῦσι καὶ μανιακοφοροῦσι. Et paulò poſt, τοῖς δ' ἐπὶ χρυσοῖς ψελίοις, οἱ φέρουσι περὶ τὰς χεῖρας καὶ τὸν τράχηλον οἱ Γαλάται. Προσφέρειν χεῖρα, i. manum adhibere Virg. ſiue manũ admouere Quint. Vnde Prouerbium admonens, Manũ operi

admouendam eſſe, ſi quidem velimus adfore Diuinum auxilium τὴν χεῖρα προσφέρειν, ἢ ἐπικαλεῖν. Plutarchus in Apophthegm. ταῖς χερσὶ προσφέρειν τὴν τύχην ἐκκαλεῖν. Lege Eraſm. Eſt etiam προσφέρειν τὰς χεῖρας, manus inferre ſiue afferre. quo violentia nocendique voluntas exprimitur, apud Senecam & Plinium Secund. Polybius hiſtor. 3. προσφέροντες τὰς χεῖρας ἀποχωροῦσι, Inferentes manus fugientibus hoſtibus. Idem libro quinto, ἐφ᾽ αὑτῷ προσήνεγκε τὰς χεῖρας, ſibi manus attulit quod & intulit dices cum Plin. in epiſto. Liuius Reo manus admouère, in hoc ſenſu protulit. Xenophon, τὰς χεῖρας οὐδενὶ προσέφερον, manus nemini inferebant. Et Homerus Iliad. α, ὅτε κεν τοι ἀάπτους χεῖρας ἐφείω, cum tibi graues manus intulero: in te manum iniecero, etiam dixerit Plaut. vide Ἐπιβάλλειν ſuprà. Περὶ χερσὶν, in manibus. Euripides in Rheſo, Μάχαι περὶ χερσὶ καὶ δόρυ βασταζόμεν, Sunt in manibus prælia & haſtæ. Sicut Plautus in Moſtell. Agas quod in manu eſt. vide Περίχειρ. Περιέχειν τὰς χεῖρας, ſupplices manus tendere: manus protendere: manus dedere ſiue dare, quod herbam porrigere & ſe victum fateri. vide ſuprà Ἀνατείνειν ſiue Ἀνατείνειν τὰς χεῖρας. Thucydides libro tertio, Ὅτι ἑκόντας τε ἐλάβετε καὶ χεῖρας προϊσχομένους. Cætera exempla habes in Περίχειρ. Virgilius Æneid. 10. - frater tendebat inermes Victori palmas. Idem libro duodecimo, Ille humilis, ſupplexque oculos dextrámque precantem Protendens. Infra, - vicisti, & victum tendere palmas Auſonij vidêre. Lucretius libro ſecundo, - Sed magis acri iudicio perpende: & ſi tibi vera videntur Dede manus: aut ſi falſa eſt, accingere contrà. Virgilius vndecimo, - neque ipſe manus feritate dediſſet. Horatius in Epod. Ode 17. Iam iam efficaci do manus ſcientiæ Supplex. Πετάσαι τὰς χεῖρας, manus pandere, qui habitus ſupplicum: orabant enim paſſis manibus, atque ſupinis, Homerus Iliad. ε, - δὴ δ᾽ ἴσχεν χεῖρε πετάσας Ἀμφοτέρας. Lucretius libro quinto, - & pandere palmas Ante deûm delubra. Virgil. 3. Æneid. At pater Anchiſes paſſis de littore palmis Numina magna vocat. Cæſar primo Bell. Gall. Milites paſſis manibus flentes implorabant. Rurſus Virgil. in tertio, tendóque ſupinas Ad cælum cum voce manus. Et in quarto, Multa Iouem manibus ſupplex oraſſe ſupinis. Apollonius in primo Argonautic. αἳ δὲ γυναῖκες Πολλὰ μάλ᾽ ἀθανάτοισιν ἐς αἰθέρα χεῖρας ἄειραν Εὐχόμεναι νόστοιο μελίφρονα θυμηδέα ὀπάσσαι. Liuius tertio, ab Vrbe, Supinas deinde tendens manus, commilitones appellans orabat, &c. Et ſexto Bell. Pun. Vndique matronæ in publicum effuſæ circa deûm delubra diſcurrunt, crinibus paſſis aras verrentes, nixæ genibus, ſupinas manus ad cælum ac deos tendentes. Quod & dixit Saluſt. in Catil. Manus ſupplices ad cælum tendere, miſerari paruos liberos, rogitare deos. Quin & Horatius libro tertio Carm. Ode 23. Cælo ſupinas ſi tuleris manus. Homeri Commentar. in illud, Ἀθανάτοις δ᾽ ἠρᾶτο, Διὶ δὲ χεῖρας ἀνέχων, ait ſolitos eſſe heroas manibus in cælum ſublatis Iouem, cæteróſque deos cæleſtes precari: Marinos, ad mare porrectis: Manes & inferos, terra percuſſa. Primi exempla iam aſcripſi, & ſuprà in Ἀνέχειν τὰς χεῖρας. Cæterorum teſtimonia ſubiiciam, ne quid lector deſideret. Virgilius Æneid. quarto, Ni palmas ponto tendens vtraſque Cloanthus Fudiſſétque preces, diuóſque in vota vocaſſet: Dij quibus imperium pelagi. Poſtremi moris ſunt hæc: Euripides in Hecuba, Ἐς χθόνα θεοί, τόσονδε πλὴν θάνω, &c. Et in Oreſte, Πότνια νὺξ, ὑπνοδότειρα τῶν πολυπόνων βροτῶν, ἐρεβόθεν ἴθι. Cicero Tuſculan. ſecundo, Tum Cleanthem cùm pede terram percuſſiſſet, verſum ex Epigonis dixiſſe ferunt, Audiſne hæc, Amphiarae, ſub terram abdite? Zenonem ſignificabat, à quo illum degenerare dolebat. Homer. Iliad. ι, de matre irata filio diráſque ei imprecante, Πολλὰ δὲ καὶ γαῖαν πολυφόρβην χερσὶν ἀλοία, (id eſt, ἔτυπτεν, ἔπαιεν) Κικλήσκουσ᾽ Ἀΐδην καὶ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν, Πρόχνυ καθεζομένη.

Χ. Τ.

Συμπλαταγεῖν τὰς χεῖρας (quod fit ἐν ἀπορίᾳ τινι, inquit Euſtath. Eſt & ἐπιτείνειν, καὶ ἐπικροτεῖν) id eſt, manus concrepare, Ouid. tertio Faſtor manus complodere ſiue collidere, τὸ συγκροτεῖν. Homerus Iliad. ψ, - παρὰ δ᾽ ἀνόρουσεν Ἀχιλλεύς, Χερσί τε συμπλατάγησεν, ἔπος δ᾽ ὀλοφυδνὸν ἔειπεν. Quintilianus libro vndecimo capite tertio, Complodere manus, ſcenicum eſt, & pectus cædere. Seneca libro primo de Ira, Comploſæ ſæpius manus. Idem Quintilianus libro ſecundo, capite 13. Iam collidere manus, terræ pedem incutere, pectus, femur, frontem cædere, mirum ad palliatum circulum facit. vide ſuprà in Κ. Σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρα κίνει, Cum Minerua manum quoque moue. Adagium eſt, inquit Eraſm. quod admonet, ne fiducia opis diuinæ induſtriam remittamus. Ὑπὸ χεῖρα, in poteſtate, vel in poteſtatem: ſub ditione, ſub imperio: ſignificat enim ſubiectionem: At Latinè Sub manu, aliud eſt, nempe quod in promptu, promptè, Sueton. & ſub manus Plauto,

vel ſub manum Sueton. 1. facilè. vnde ὁ ὑπὸ χεῖρα Dioſcorid. libro quinto, capite 77. id eſt, miniſter: & οἱ ὑπὸ χεῖρα, ſubditi, οἱ ὑποχείριοι, οἱ ὑπήκοοι. quos parentes, id eſt, ὑπακούοντας dixit Saluſtius. Demoſthen. οἱ ὑπὸ χεῖρα ὄντες, id eſt, humiles & ſubditi. apud Phalarid. in epiſtol. ὑπὸ χεῖρα ποιεῖν, ſubdere, ditioni ſubmittere. Pollux, Εἰς δὲ τοὺς ὑπὸ χεῖρα τὴν ὀργὴν ἀφῆκεν, in ſubditos emiſit iracundiam ſuam. In Memnonis Elegis, ἡ πόλις ὑπὸ χεῖρα Μιθριδάτῃ γίνεται, ciuitas in Mithridatis ditionem venit, id eſt, γίνεται ὑποχείριος. Ὑπὸ χεῖρα etiam fortuitum quid ſignificat, vt Latinè, Ad manum. Lucianus in Hermotimo, Ὅτι ἂν πρῶτον ὑπὸ τὴν χεῖρα ἔλθῃ τῶν γραμμάτων, quod primum ad manum venerit, Liuius 8. Belli Macedon. Quod cuique trepitandi ad manum veniſſet. Quintilianus libro ſecundo. Atque ij non corpore proſpiciunt, ſed abrupta quædam, vt fortè ad manum venere, iaculantur. Ὑπὸ χεῖρα demùm, præſens notat, vt apud Plutarchum in libello, Quo pacto diſcerni poſſit aſſentator ab amico, οἱ τὰ παρὰ εἰσὶν ὅτε καὶ τὰ ὑπὸ χεῖρα βλάπτουσι, Tum nocent & in præſentia tantummodo. vide Ὑποχείριος. Ὑπερέχειν τὴν χεῖρα, manu ſuperpoſita defendere. Dicitur enim τὸ προασπίζειν ὑπερασπίζειν, ὑπερμαχεῖν, propugnare. Phraſis eſt Hebræorum. Cicero dicit tegere ac tueri: manu protegere. Ouidius primo, Amor Eleg. 2. Qua vicit victos protegit ille manu. Quod ſimpliciter protegere à Quintilian. dicitur. Homerus Iliad. ι, μάλα γὰρ εὐρύοπα Ζεὺς Χεῖρα ἑὴν ὑπερέσχε. Rurſus libro ω, ait Priamus, ἀλλ᾽ ἔτι που καὶ ἐμεῖο θεὸς ὑπερέσχεθε χεῖρα, Ὅς μοι τοιόνδ᾽ ἧκεν ὁδοιπόρον ἀντιβολῆσαι, id eſt, Euſtath. ὑπεράνω ἔσχεν, ἐσκέπασεν: quod tranſlatum eſſe ait, ἐκ τῶν ἐν πολέμῳ κινδυνευόντων ὧν τὰς σκηνὰς καὶ πλησίον ὑπερέσχε χειρός. Theognis autem hoc explicat de manu dextra, Ζεὺς μὲν τῆσδε πόληος ὑπερέχοι αἰθέρι ναίων Αἰεὶ δεξιτερὴν χεῖρ᾽ ἐπ᾽ ἀπημοσύνῃ. Hoc ego de GENEVA veriſſimum eſſe manifeſtò comperi, idque oculis ac manibus teneo, ipſam Deo Optimo Maximo conſecratam, eius inuicta manu ſartam tectam ab omni periculo conſeruari. Ὑπέχειν, ſiue ὑποσχεῖν τὴν χεῖρα, manum ſupponere. vide Ὑπέχω.

Χ. Ω.

Χερσὶν ἀνίπτοις, illotis manibus. tranſlatum à ſacrorum puritate, vt ait Eraſm. in Adag. pro irreuerenter, & imparate. Heſiodus, Μηδέ ποτ᾽ ἐξ ἠοῦς Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον Χερσὶν ἀνίπτοισιν, μηδ᾽ ἄλλοις ἀθανάτοισιν. Gregorius Theologus, Ἀνίπτοις χερσί, ὅ φασι, καὶ ἀμυήτοις τισὶ, τοῖς ἀμυήτοις ἀκοὰς ἐκτιθέμενοι. Caius 1. Pandect. Tit. de origine iuris, Omiſſis initiis, atque origine non repetita, at illotis (vt ita dixerim) manibus, protinus materiam interpretationis tractare. Χεῖρα ἔσω ἔχειν de manu prolata atque exerta dicitur: quod ſtrenuitatis eſt: vt manum habere ſub pallio, ignauiæ. Æſchines contra Timarch. de modeſtia rhetorum priſcorum, ὅτι τὸ νῦν ἐθισμένον, τὸ τὴν χεῖρα ἔξω ἔχοντας λέγειν, τότε θρασύ τι ἐδόκει εἶναι, καὶ εὐλαβοῦντο αὐτὸ πράττειν. Quintilianus libro duodecimo, vbi rhethores culpat eos qui inter agendum non commouentur, Quapropter mihi falli multum videntur qui ſolos eſſe Atticos credunt tenues & lucidos & ſignificantes, ſed quadam eloquentiæ frugalitate contentos, ac ſemper manum intra pallium continentes. Tali Solonis ſtatua Salamine, Æſchin. ibidem. Χειρὶ καταψᾶν, ſiue καταψήχειν vel καταψήχειν τὴν κεφαλὴν, manu caput demulcère. Qui geſtus eſt blandientis, ſi quidem alteri fiat: vt ſcabere, id eſt, κνᾶν ſiue κνήθειν. Gregorius Theologus in Epiſtol. ad Euſeb. ὥσπερ ἂν εἴ τις τὸ μὲν τῇ χειρὶ καταψήχοι τὴν κεφαλὴν τῷ δὲ τὴν παρειὰν, Perinde atque ſi aliquis eiuſdem viri, altera manu caput demulceat, altera malam feriat. Quod eſt in Prouerb o, Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera, apud Plautum in Aulular. Apud Homerum Iliad. α. Thetis mater Achillem mœrentem, χειρί τέ μιν κατέρεξεν, &c. Silius Italicus libro primo, Olli permulcens genitor caput, oſcula libat. Terentius in Heaut. - non poſſum pati Quin tibi caput demulceam. accede huc Syre. Hieronymus ad Auguſtinum, Prætermitto ſalutationis officia, quibus meum demulces caput. Lucilius apud Nonium, Hic vbi me videt, ſubblanditur, palpatur, caput ſcabit. Proprium verò caput demulcère, aut ſcabere, cunctantis eſt, commentantis colligentiſque in meditatione animum: ſic & vngues arrodere. Quintilianus Inſtitut. libro vndecimo, In hac cunctatione ſunt quædam non indecentes, vt appellant Scenici, moræ, caput mulcère, manum intueri, infringere articulos. Horatius libro primo, Satyra decima, & in verſu faciendo Sæpe caput ſcaberet viuos & roderet vngues. Perſius, Nec pluteum cædit, nec demerſos ſapit vngues. Idem, crudum Chæreſtratus vnguê Arrodens, ait hoc. Χερσὶ καὶ ποσί, manibus pedibuſque, id eſt omni conatu, omnibus neruis, Cicer. Nam per manus induſtria, & per pedes conficiendi celeritas exprimitur. Æſchines contra Cteſiphontem, Μὴ ἐν αὐτῷ τὴν ἱερὰν γῆν ἐργάσασθαι

δυνάμεως ἄλλον ἐπιτρίψειν, ἀλλὰ βοηθήσειν τῷ θεῷ καὶ τῷ ἱερῷ καὶ χειρὶ καὶ ποδὶ καὶ πάσῃ δυνάμει. Quod apud Terentium in Andria Simo inquit, improbitatem ſerui volens oſtendere, ſtudiúmque aduerſandi conſiliis ſuis: Quem ego credo manibus, pedibúſque obnixe omnia facturum, magis id adeò mihi vt incommodet, Quàm vt obſequatur gnato. Ibidem, hoc tibi pro ſeruitio debeo, Conari manibus pedibúſque, noctéſque & dies, &c. Pindarus Olymp. 10. Τίς δὴ ποτάμιον γε λάχε στέφανον, χείρεσσι ποσίν τε καὶ ἅρματι, Quiſnam recentem adeptus eſt coronam, manibus pedibúſque & curribus. Homerus Iliad. υ. Ἀλλ' ὅσσον μὲν ἐγὼ δύναμαι χερσίν τε ποσίν τε. Et Iliad. primo ait Calchas, ἔπεσιν καὶ χερσὶν ἀρήξειν. Χεὶρ χεῖρα νίπτει, manus manum lauat. Quod de beneficio mutuo, hoc prouerbio effertur: Ἀνὴρ γὰρ ἄνδρα, καὶ πόλις σώζει πόλιν, Χεὶρ χεῖρα νίπτει, δάκτυλος τε δάκτυλον: id eſt, Vir etenim virum, vrbs & vrbem ſeruat. Manus manum lauat, & digitus digitum. Axiocho Platonis hic verſiculus Epicharmi, Ἡ δὲ χεὶρ τὴν χεῖρα κνίζει· δός τι καὶ λάβοις τι. Manus manum fricat: des aliquid & aliquid accipies. Χερσὶν ἀμφαφάα, manibus contrectare. vide Ἀμφαφάω. Χερσὶ δὲ χεῖρα λαβόντες ἐπιστώσαντ' ἐνὶ οἴκῳ. Odyſſ. χ. Χεῖρα intellige κατ' ἐξοχὴν τὴν δεξιάν. Dextra enim ſe antiqui venerabantur (vnde δεξίωσις.) per dextram iurabant tanquam fidei ſedem virtutíſque miniſtram. Vnde ipſa Græcè ac Latinè ſæpe pro fide ſumitur. vide Δεξιά. Ouid. in Epiſt. Heus vbi pacta fides commiſſáque dextera dextræ? Cic. 11. Philipp. Dextræ quæ fidei teſtes eſſe ſolebant. Et tritum illud Poetæ Æneid. 7. Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni. vide ſuprà in Δ, vbi δεξιὰ χείρ. Ὦ χέρες, χέρες, ὦ νῶτα, καὶ στέρν', ὦ φίλοι βραχίονες, exclamat Hercules in Trach. Sophocl. ex quo Tuſc. 2. vertit Cicero, ô ante victrices manus, ô pectora, ô terga, ô lacertorum tori.

Χειράγρα, ας, ἡ, chiragra, id eſt, morbus in manibus: qui in pedibus ποδάγρα.

Χειραγωγέω, ῶ, manu duco, Lucret. manu rego. χειραγωγεῖν τυφλόν, cæcum manu ducens, Nazanz. in Orat. χειραγωγοῦμαι, manu ducor, apud eundem. Lucian. vocans in φιλοψευδεῖ, ἄρα καὶ ἐχειραγώγει τὸν δράκοντα ἤδη, ὡς φῂς, γεγηρακότα; Manúne draconem ſenio confectum, vt ais, ille ductabat? Χειραγωγῶ, demulceo, lenio. Ariſtotel. 8. Politic. dixit de eo qui inſtrumenta muſica pulſat. Dicitur etiam metaphoricè de fortuna, quæ viam patefacit hominibus felicibus, quaſique viam præit, ad ornamenta magnáque faſtigia aſſequenda, Herodotus. μετ' ὀλίγον ἀνοιχειραγωγούσης τῆς τύχης. Idem, ὑπὸ τῆς τύχης ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν κεχειραγώγηνται. Aliter Heliodorus, ὑπὸ θρήνου χειραγωγούμενος, luctu abreptus & quaſi manu ductus. Alexan. Aphrod. in præf. Problem. χρὴ καὶ τοῖς κατὰ μέρος χειραγωγεῖν τὸν διδασκόμενον, id eſt, ſingularum rerum tractatione animus auditoris regendus eſt.

Χειραγωγία, ας, ἡ, ductus, adminiculum.

Χειραγωγός, ὁ καὶ ἡ, qui manu ducit, vt qui iam viam cæco præit, hoc eſt, ὁδηγός, & καθηγεμών, dux. Actorum cap. 13. περιάγων ἐζήτει χειραγωγούς, quærebat qui prehenſa manu deducerent. Dionyſ. de Paulo Apoſtolo, ὁ πρὸς τὴν φωτοδοσίαν χειραγωγός.

Χειράδες. vide in Χειράς.

Χειράδια. Heſyc. ſunt τὰ χοιράδια καὶ λιθώδεις ἄμμοι.

Χειρακοντίζω, manus vngo, & ex conſequenti, manum exerceo, me exerceo. Suid.

Χειραμός, luſtrum, latibulũ, fouea: aliàs per ε, aliàs per η ſcribitur in prima ſyllaba. Dicitur etiam τὸ χειραμόν. Nicand. in Theriac. Τῆς δ' ἐν χειραμῷ κοίλῃ καὶ ὑποφρίας ὀπῆς Κοιτάζει: Interp. τῷ κοιλώματι, παρὰ τὸ χάνδαν τὸ χωρεῖν ἐν αὐτοῖς. Idem, ἐν χειραμοῖς θάλψας, i. καταδύσεις. vid. Χειραμός.

Χειραπτάζω, manu tracto.

Χειράς, ἡ, pro quo ſcribitur & χιράς, fiſſura in manibus apud Heſych. & Laertium. per catachreſin dicitur & fiſſura pedum teſtibus iiſdem Heſych. χειράδες ſunt etiam αἱ ὑπὸ λίθων καὶ ὄχθων βοσαί.

Χειραψία, ας, ἡ, παρὰ τὸ χειρὶ ἅπτειν dicitur apud Medicos leuis frictio, quæ fit ſuſpenſa manu & leuiter attingendo: Cælius Aurelianus Chroniôn lib. 1. cap. 4. manutigium vertit. Χειραψία etiam de pugna dicitur cùm ad manus ventum eſt & res manu conſerta geritur. Polyb. Αἱ διὰ τῆς χειρὸς πράξεις ἀπαιτοῦσιν ἐμπειρίαν, καὶ συγκρούσεις, καὶ χειραψίας, καὶ τὰς διὰ ὅπλων ἐπιτάσεις. Χειραψία apud Plut. pro quodam paleſtrico manuum nexu, quo ſe mutuò conſertis manibus apprehendunt ita ſe exercentes. vide Gal. de Sanit. tuenda.

Χειράω, chiragra laboro. Pollux lib. 2. χειρᾶν δὲ ἐκάλουν, τὸ ῥευματίζεσθαι τὰς χεῖρας, ὡς ἀλγεῖν ἐν κόπῳ.

Χειρίδες, αἱ, manicæ. Vt à κνήμῃ dicuntur κνημῖδες: Sic à χεὶρ χειρίδες, & à manu manicæ. Sunt verò veſtis partes quæ manus tegunt, αἱ περὶ ταῖς χερσὶν, inquit Pollux Onomaſtici 7. de veſtibus loquens. Vnde χιτῶνες χειριδωτοὶ dicuntur, id eſt, manicatæ tunicæ Ciceroni, vel manuleatæ Plauto. Plutarch. in Othone, Γαλατικαῖς ἀναξυρίσι καὶ χειρῖσιν ἐσταλμένος, Gallicis ſubligaculis manicíſque amictus & inſtructus. Virg. 9. Æneid. Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Χειρίδες, manicæ, id eſt manuum integumenta ex corio præcipuè aduerſus vim frigoris. Quidam è Græco chirothecas dixêre. Latinè dicuntur manicæ. Plinius Iunior epiſtolarum libro tertio ad Macr. Ad latus notarius cum libro & pugillaribus, cuius manus hyeme manicis muniebantur: vt ne cæli quidem aſperitas vllum ſtudij tempus eriperet. Alios etiam habent vſus manicæ. Homerus Odyſſ. vlt. Κνημῖδας κνήμῃσι βοείας ῥάπτας ... Χειρῖδάς τ' ἐπὶ χερσὶ βάτων ἕνεκ', id eſt Euſtath. τὰ περὶ χερσὶ καλύμματα ... ciendum, inquit, ὅτι ὁ μέντοι κατὰ ... χειρίδας ... ἀλλὰ ... ἐπὶ ἔργον ἀχρεῖα. Nam & ſagittarij χειρίσι χρῶνται, οἱ καὶ μὴ δακτυλωτοῖς, qui lauant itidem ac pinſunt. Et apud Athen. ὁ σιτοποιὸς χειρῖδας ἔχων, καὶ περὶ τῷ στόματι κημόν, id eſt piſtor manicatus & fiſcella capiſtratus, ne in farinas ſudor deflueret. vide Φιμός.

Χειριδωτὸς, vel Χειρωτὸς χιτὼν Suid. tunica manicata Cice. vel manuleata Plauto. vide Χειρίδες.

Χειρίδιον, manicola, id eſt parua manus Neuio. Erat & manus inſtar inſtrumentum repurgandis pauimenti parietúmque ſordibus accommodatum. Pollux libro 8. περὶ ἱστιάρχην, ... χειρίδιον τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὸ ... exponitque per καθαίρουσιν.

Χειρίζομαι, exerceor.

Χειρίζω, tractor, aggredior, adminiſtror. Polyb. libr. 2. ... χειρίζειν, adminiſtrare. Idem, ταῦτα χειρίζεται διὰ τῆς συγκλήτου. Eſt etiam manum chirurgicam admoueo, apud Hip. ἐν ἰατρείῳ. Idem in Hippiat. αἱμορραγίη δὲ ἐὰν ... χειριζομένῳ, ... i. dum ſcalpellum eximitur.

Χείριξις, tractatio quæ manu fit atque opus chirurgica opera, μεταχείρισις. Hippoc. ἐν ἰητρείῳ, ... χείριξιν χρὴ, ὅσον ... ὀρθῆς χειρίξιος. Eam manuum curationem debere eſſe, ait, vt reſpondeat veræ curationi exitus.

Χείριος, ου, ὁ, ſubditus, cicur, vtilis, manibus expoſitus, mãcipatus, captiuus, ὑποχείριος. Sophoc. τῶν σῶν ... ἐχθρῶν χειρίαν ἀφείς τινι, tuorum inimicorum ſeruam dimittens cuipiam: pro ὑποχειρίαν τινὶ τῶν σῶν ἐχθρῶν.

Χειρὶς, ίδος, ἡ, vide Χειρίδες.

Χειρισμὸς, ἐπιχείρησις, conatus, aggreſſio, adminiſtratio. χειρισμὸς οὐσιῶν, tractatio facultatum: ſic in canone 3. Conc. Calcedonẽſis. Polybius, τὸν δὲ πραγμάτων χειρισμὸν (vt vulgò dicimus *le maniement des affaires*) καὶ τὴν ὅλην ἐξουσίαν εἰς ἑαυτὸν περιέσπασε, rerum adminiſtrationem atque dominium & authoritatem in ſe cõuertit. Athenæus libro 5. de Antiocho Epiph. Καὶ ὁ χειρισμὸς τῆς διακονίας δι' αὐτοῦ ἐγίνετο, Atque ipſemet in miniſterij adminiſtratione vacabat. χειρισμὸν exponit Suidas. ἐπιχείρησιν καὶ τὴν πρᾶξιν.

Χειρίσοφος, Lucian. ὁ ὀρχηστὴς, ſcitè geſticulans ſaltando.

Χείριστος, η, ον, peſſimus, deterrimus, viliſſimus. Theophraſtus de Odoribus. διὰ τὸ χειρίστην ἔχειν τὴν αὔξησιν. Et χείριστα, i. κάκιστα, Suid.

Χειρίων, ἐλάττων, χείρων, minor, deterior.

Χειροβιάκτης. vide Χειρῶναξ.

Χειροβαρὴς, pondere ſeu manus grauans, ponderoſus, vel tantus quantus onerandæ manui ſatis eſſe poſſit.

Χειρόβιος, ex manibus viuens, victum manu quærens. vide Χειρῶναξ, dicitur & χειροβίωτος, & χειροβιωτικός.

Χειροβρὼς, ῶτος, catena ſiue vinculum, quo ligatæ manus excoriantur & contabeſcunt, ὁ δεσμὸς, inquit Suid. ὁ ἐκβιβρώσκων τὰς χεῖρας.

Χειρογάστορες, qui manu victum ſibi quæritant, operarij. vide Χειρῶναξ.

Χειρογραφὴ, ſeu χειρόγραφον, i. συγγραφὴ, Latinè etiam tabulæ dicũtur, vt eſt cautio manu alicuius ſcripta annulóve obſignata, quã ipſe inficiari nequit, Bud. in Epiſt.

Χειρόγραφον, ſcheda propria manu ſcripta, chirographus vel chirographum Cic. quod & χεῖρα diximus appellari.

Χειρογραφῶ, caueo, chirographo.

Χειροδάικτος, ὑπὸ τῆς χειρὸς δαϊχθείς. Sophocl. in Aiace. χειροδάικτα πράγματα, facinora manu edita.

Χειροδεικτεῖν, digito oſtendere. Accuſatiuo, Budæus in Epiſtol. priorib.

Χειροδείκτος, ου, ὁ, manifeſtus, φανερὸς καὶ κατάδηλος, Sophoc.

Χειροδίκαι, αἱ, violenti, quibus ius eſt in manibus & viribus corporis. Vt apud Suid. χειροδίκαιος, ὁ κατὰ χεῖρα βίαιος. Heſiodus in 1. τῶν ἔργων, de ferreæ ætatis hominibus, χειροδίκαι· ἕτερος δ' ἑτέρου πόλιν ἐξαλαπάξει, id eſt, οἱ τῇ δυνάμει τὸ δίκαιον καὶ διὰ τῆς χειρὸς ὁρίζοντες.

Χειρόδοτον δάνεισμα, i. τὸ ἄνευ συμβολαίου, Pollux, mutuum ſine obligatione, ἀχειρόγραφον δάνειον, Heſ.

Χειροδρόπος, ου, ὁ, qui manuum opera citra falcis vſum meſſem facit, quaſi ὁ ταῖς χερσὶ δρέπων, Nicand.

Χειρόερκτος, ὁ χειρουργὸς, Heſyc.

Χειροήθης, εος, ὁ, ἡ, ὁ, cicur & manu tractabilis, manſuetus, ὑποχείριος, manſuefactus, ſubiectus, obſequens, moriger. ἦν χειροήθης τῷ δήμῳ, manus populo & manſuetus erat, Plutarc. in Pericle. Xenoph. in Oecon. ἐπεὶ ἤδη μοι χειροήθης ἦν, καὶ ἐτιθασεύετο: cum manſuefieret iam vxor, & cicuraretur. Virgilio eſt manum patiens, Æneid. lib. 7.

Χειροθεσία, ας, ἡ, manuum impoſitio.

Χειροθετεῖσθαι, impoſitione manuum accipere: ſic in can. 8. Conc. Nicæni: ordinari in decr. Gratiani exponitur.

Χειροθετῶ, manus impono.

Χειροθήκη, ης, ἡ, chirotheca.

Χειροκαλαθίσκος, inter ſaltationis genera apud Pollucem.

Χειρόκμητος, ὁ, ἡ, manufactus. vnde τὰ χειρόκμητα ἔργα, Philoni de mũdo, opera manibus elaborata: à verbo κάμνω.

Χειροκοπέω, ῶ, ἤσω, manum abſcindo. Accuſ. Appian. in Iber. καὶ φεισάμενος αὐτῶν, τῶν χειρῶν ἐχειροκόπησε.

Χειροκρατία, ας, ἡ, manuum potentia: aut earundum continentia. Dionyſ. Halicar. hiſt. lib. 6. δείσαντες μὴ οὐκέτι χειροκρατεῖς ἐπὶ πολὺ ὦσι, Veriti ne non diutius à manibus temperaret: ne ad manus veniret, vel ne res manibus ageretur.

Χειροκρατία, vitium eſt ſeditioſæ politiæ, quod exoritur à democratia, corrupta licentia τῶν δημαγωγῶν, & plebis turbulentæ ineſcatorum, id eſt, τῶν δελεαζόντων τὰ πλήθη. Plato in Polit. ...... τῆς ἐν τῇ πολιτείᾳ ...... χειροκρατία ὀνομαζομένη.

Χειροκρατικός. Polyb. ...... χειροκρατικός.

Χειρολαβίς, in aratro pars eſt ſtiuæ, τὸ καλούμενον τῆς ἐχέτλης ἄκρον ὃ ἡ χεὶρ ἐπιλαμβάνει ὁ ἀρότης. Pollux.

Χειρομάκτρον, mappa, in colloquio Græci ſermonis.

Χειρόμακτρον, ου, τὸ, mantile. Athenæus libro 9. χειρόμακτρον ...... τὰς χεῖρας ἀπομάττονται ..., quod Philoxenus vocauit ἐκτρίμματα. Ariſtophan. φέρε παῖ ταχέως ... χεροὶν ὕδωρ, ... τὸ χειρόμακτρον. Χειρόμακτρον, idem quod μαγδαλιά, τὸ ... ἀπομάττονται οἱ μάγειροι, Comment. Ariſtophan. in Equitib. vide Μαγδαλιά.

Χειρομάντις, ὁ, ἡ, vel Χειρομάντης, Chiromantes, qui ex lineamentorum manus inſpectione futura prædicit, hominiſque mores & naturam conijcit: Qui ob id etiam χειρόσοφος appellatur, qualis fuit Helenus Syracuſius qui περὶ χειρομαντείας librum edidit, quem ſcripſit χειροσκοπικὸν σύνταγμα, quod eſt, inquit Suid. ὅταν τὰς ἐν τοῖς ἄρθροις τῆς χειρὸς ... ἢ ..., aut aliquid eiuſmodi. Scripſit & Eumolpus Eleuſinius ...... χειρομαντείας. Apud Pollucẽ lib. 2. χειρομάντεις, καὶ ....

Χειρομάχος πλῆθος, vulgus hominum malus labore victum quæritans, apud Athen.

Χειρομύλη, ης, ἡ, piſtrinum, mola manuaria ac truſatilis. Xenoph. 6. Pæd.

Χειρομύλιον, ου, τὸ, mola truſatilis, Dioſc. lib. 5. cap. 95.

Χεῖρον, minus, deterius, inutile. οὐ χεῖρον διελέσθαι, non ab re fuerit determinare. οὐ χεῖρον δὲ ...... , non ab re eſt in medium afferre, Plut. in Lycurgo.

Χειρόνιπτρον, peluis in qua abluuntur manus apud Ariſtoph. aqua qua abluuntur manus, Etym. Dioſc. lib. 1. cap. 6. εἰς χειρόνιπτρον χρήσιμόν, vtilis eſt lauandis manibus.

Χειρονομίς, captiui, cap. 5. lib. 2. Macchab.

Χειρονομέω, inter canendum manum moueo, & geſticulor, manuum vtor artificio, artificioſè manus huc & illuc flecto, certa lege manus moueo: τὸ ταῖς χερσὶν ἐν ῥυθμῷ κινεῖσθαι, dicit Pollux. ἐχειρονόμησε τοῖσι σκέλεσι, cruribus velut brachiis modulatus eſt, Herodotus. vide Galen. in Aphoriſm. Suid. etiam eſt παίγνιον.

Χειρονομία, ας, ἡ, manuum motus & geſticulatio, ſaltatio geſticulatrix, qualis eſt quam Mauricam vocamus. Alioqui lex geſtus a Quintiliano dicitur, lib. 1. cap. 19. ferè ad finem. apud Athen. lib. 14. καλεῖται δὲ ἡ ... χειρονομία.

Χειρονόμος, hiſtrio geſtu & manuum motu ſubſultãs, geſticulator, ὀρχηστής, Heſyc.

